

**www.e-rara.ch**

## **Dictionarium Latinae linguae Ambrosii Calepini Bergomatis**

**Calepino, Ambrogio**

**Basileae, 1544**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1825>

[E]

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

Primum hae pudice vitam, parca ac duriter agebat, lana ac tela uictum queritans.

Dureo. es. durui, durus sum, οτανρωομαα. à quo dureco, durus fio. Colum. lib. 9. Plumula sub cauda clunibus detrahenda, ne stercore coinquinata durecant. Lucanus tamen, Torosq; induruit artus: ab indureo, in eadem significatione qua induro protulisse uidetur. Sed huiusmodi praeterita raro à dureo compositis reperiuntur, sepe autè ab his, quae à dureco sunt. Indureco. Vergil. lib. 3. Georg. Styriaq; impexis induruit horrida barbis. id est ualde dura, siue in se dura facta est. Col. lib. 2. Iusta enim fieri nequeunt, cum induruerit ager. Obdureco, undiq; durus fio. απουκλινρωομαα. Ci. M. Cael. Magno dolore me affecissent literae tuae, nisi et ratio ipsa depulisset omnes molestias, & diuturna desperatione rerum obduruisset animus. Perdureco, ualde durus fio. Colum. li. 7. Verum neq; ante tertium, neq; post quintum annum iuuenos domare placet: cū illa aetas adhuc tenera est, haec iam perduruit. id est, nimis dura facta est.

Durētān, uas Hispani uocant, quo uel in balneis, uel domi, uel quouis alio loco sedentes lauantur. in quo significato etiam dolium accipitur.

Duriciā. ci. & Duriciēs. ciei. firmitas, & soliditas. οκλινρωομαα. Plin. lib. 9. ca. 36. Tanta duricia aculeo est. Idem lib. 13. cap. 9. Duricia firma lignū. Accipitur & pro asperitate, crudelitateq;. Terent. in Heauton. Tum hoc timet, Ne tua duricia illa antiqua etiam adaueta fiet. Ci. in Part. Et fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duricia immanis. Plin. lib. 13. cap. 15. Duricie & maturitate in corrupta spissari. Cic. in Cat. Quanta in altero comitas, in altero duricies.

Duricōriā, (καρτερία) dicuntur quae sunt duri corij. Vnde sicus duricoria, quae habent duram corticem.

Duricōris, (οκλινρωομαα) à nonnullis dicitur pro eo qui est duri cordis.

Duro. as. durum facio, firmo, solido. οκλινρωομαα. Col. lib. 7. Ananica mula rectè à matre repellitur, & amota motibus aut feris locis pascitur, ut ungulas duret, sitq; postea longis itineribus habilis. Per translationem. Quintilianus libro 1. Multa linguae uicia nisi primis eximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur. Aliquando significat tolerare. καρτερία. Vergil. Durate, & uosmet rebus seruate secundis. In qua significatione quandoque contra naturam iungitur accusatiuus, maximè apud poetas. Hor. lib. 1. Car. Vix durare carinae Possunt imperiosius aequor. Nam sic eut dicimus clamare hominem, id est cum clamore uocare. sic durare aequor, id est, per duriciem ferre. Item persistere, reperferuere, permanere longo tempore. παραρρωομαα. Plautus in Amphit. Durare nequo in aedibus, ita me probri, dedecoris à uiro arguta meo. Huius cōposita sunt, Eduro, ualde durum facio, & quasi ad laborem assuefacio. Columella: Quare docendus, & à pueritia rusticis operibus edurandus futurus uillicus. Induro, Plinius libro 8 cap. 52. Tunc inter se dimicant, indurantes attritu arborum costas, lutoq; se tergorantes. Obduro, quod idem ferè cum simplici significat. Præduro, citò duro. Colum. Verum est in opere difficilior, quod neq; humentem fodere possis, quod sit glutinosissima, nec nimium sicca, quia nimium præduratur. Perduro, ualde uel ad finem duro. Idem libro 8. Est etiam non ingratisaporis iniuria perduratus. Terent. in Heauton. Sanctè adiurat, non posse apud nos Pamphilo se absente perdurare. Reduro, quod est aperio, contra id quod dicitur obduro, ut inquit Non. Et omnia habent penultimam productam.

Durūs. ra. rum. quod est solidum, ac firmum, & firmitate naturae corruptionem sui non facile admittit. οκλινρωομαα. Cuius contrarium est molle, in quo est natura luxu

Namq; Aqlo. s. Namq; suis quid sit amor, durus in coram illum.

riosior, nec ad contraria repellenda sufficiens. Vergilius: Sed duris genuit te cauibus horrens Caucasus. Per translationem capitur modò pro patiente, ac tolerante laborum. Idem: Scipiadas duos bello: Et, Gens dura & aspera cultu. Modò pro aspero & nocente. Idem: Aut durum time genus. Modò pro crudeli, quoniam nulla humanitate molesegit, ut apud eundem: Quid iuuenis, magnum cui uersat in osibus ignem Durus amor? Duumuirī, Alciatus, in Latinis municipijs duumuirī primi in albo describebantur: Hi Carceribus praerant, publica loca bant, fascibus utebantur.

Dux, uide duco.

D A N T E Y.

Dyās, (δυάς) Latine dualitas. δύο, duo. Dynāstēs, (δυναστες, από τῆς δυνασθῆς) dominus regni, potens, optimas. & hi qui magistratus gerunt, & iudicijs praesunt. Scribit Strabo, reges dynastas uocari, propterea quòd plurimum possunt, polleatq; & populos quò uelint, aut ui, aut persuasione perducant. Cic. ad Att. Erit nebuloso iste cum istis dynastis in gratia.

Dynāstia, (δυναστία) uis, potentatus. Dys, (δυσ) in compositione malum uel difficile, aut impossibile significat.

Dyscolia, (δυσκολία) difficultas.

Dyscolus, (δυσκολος) pen. cor. difficilis, malus ue, siue perniciosus, ex δύς καὶ κόλον, iubeo: ita ut dyscolus dicatur, cui difficulter iubetur.

Dysentēriā, (δυσεντερία) dici potest intestinorum exulceratio. ex δύς quod malum denotat, & εντερον, intestinum. Et Latine tormina auctore Celso dicuntur. uide in Tormina.

Dysnōmīā, (δυσνομία) dicitur peruersa iuris legūq; cōstitutio.

Dyspēsiā, (δυσπεία) difficilis & agra concoctio.

Dysphilus, (δυσφίλος) pen. cor. quasi malus amicus. Iuuen. Non est Romano cuiquam locus, hic ubi regnat Protogenes aliquis uel dysphilus.

Dyspnoā, (δυσπνοία) spirandi difficultas. Docet Hippoc. in Aphor. In senectute strangurias, dyspnœas, dysurias, caechexas esse frequentes.

Dysūriā, (δυσουρία) & stranguria. σπασμωδία. difficultas urinæ dicitur: quae (ut Galenus inquit) fit ex uesicae passionibus, urinam suppressens, quod quidem sine calculis & inflammatione nō potest accidere. Hoc Cato significat, cum ait, Quibus agra lotium it.

D E L I T E R A E.



Ex, (ex, ē) praepositiones sunt, quae & separantur & componuntur. Separata, modò temporales sunt: ut, Ex illo celebratus honos. Modò locales: ut, Ex caelo. Modò ponuntur pro à uel ab: ut, Audiui è patre meo. Modò significant pro, uel ad, (καὶ cum geniuo): ut, ex dignitate, ex usu, ex utilitate: hoc est pro dignitate, uel ad dignitatem. E Repub. pro Repub. Modò secundū, κατὰ, ut, Ex Platonis sententia: id est secundum Platonis sententiam, siue pro Platonis sententia. Modò in. Cic. E rebus laborabat. id est, morbum patiebatur in renibus. Composita quandoq; priuationē indicant, ut elinguis, exanguis, quandoq; uehementiam uel perfectionem, ut eludo, exoro. Quandoq; extra, ut educo, excludo. Componitur autem è cum b, ut ebibo: d, ut educo: g, ut egredior: i, ut eicio: l, ut eludo: m, ut emitto: n, ut enitor: r, ut erigo: u, ut eueho. Ex uerò componitur cum a, ut exaudio: c, ut excurro: e, ut exeo: f, ut efficio: o, ut exoleo: p, ut expello: q, ut exquiro: s, ut exequor: t, ut extendo: u, ut exuro. Verum quando post ex sequitur s, mutatur x in f, ut effundo: cum uerò sequitur x, abijcitur s, ut exequor, & exicco, in alijs integra manet.

E A N T E

## E A N T E A, E T B.

**E**ar, (ἄρ) Latine uer: a quo Earinus, (ἄρινος) uernus.  
**E**atēnus, (ἑατῆνος) penul. corrept. significat usque eò, uel ad eum modum: cui respondet quatenus, usque quò. Sueton. in Tyb. Ac primò eatenus; interueniebat, ne quid perperam fieret.

**E**bēati dicuntur, qui felicitate aliqua ceciderunt.

**E**bēnus, uel **E**bēnum. (ἑβῆνος, ἑβῆνος, Suid.) pen. cor. nomen Græcum, & Arabicum dicitur. lignum, nigrum est, solidum, pulchrum, tenuisq; (ut Aëtius tradit) substantia, et abstergentis uirtutis. unde oculorum caliginem discutere creditur, & alijs oculorum medicamentis miscetur. Hæc arbor nascitur in India, quæ cæsa durefcit in lapidē, uirtutisq; odore iucundo. Vergil. lib. 2. Georgic. Sola India nigrum fert ebum. Vbi Seruius, Atqui & in Aegypto nascitur: sed Indiam, omnem plagam Aethiopiæ accipimus. Vide Plinium lib. 12. cap. 9.

**E**bēo, (ἀπομαρπίσω) beatitudine priuo, eius passiuū est ebeor.  
**E**bōratūs, a um. quod extrinsecus ex ebore est, quod & eburatum dicitur. (ἑβωράτος) Plaut. in Persa: Lectos eburator, auratos. Idem in Aul. Eburata uehicula, pallas, &c.

**E**bōrēus, a um. ab ebor fit: sicut à marmor marmoreus. Eburneus uerò & eburnus, ab ebur, (ἑβωρός) & significat quod est ex solido ebore. Quintil. lib. 6. Quum in triumpho Cæsaris eborea oppida essent translata.

**E**brius, a. ebrium facio. (ἑβρίω, ἑβρίω) unde & inebrio, uerba actiua. Plaut. Homo ebriatus somno sanari solet. Nonius legit Ebriacus.

**E**briolo, a. pen. cor. ebrium facio. Sunt tamen, qui hæc aspirant, ab hauriendo potu illa deducentes. Laberius: Ebriolati mentem hilariam arripiunt.

**E**brius, & ebria, (ἑβρίω, ἑβρίω) à bri a quod est uas uinariū. est enim ebrius qui nimio potu alienatus est mente. Cuius contrarium est sobrius, quasi sine ebrietate, qui in cibo & potu temperans est, & qui nō est actu ebrius. unde non sobrius, pro ebrio sumitur. Martial. Et non sobria uerba subnotasti. Hinc ebrietas, (ἑβρία) quam Cato dicebat nihil aliud esse, quàm insaniam uoluntariā. Plin. lib. 3. cap. 14.

Ebrietatem arcet pecudum assus pulmo præsumptus. In terdum ebrius ponitur pro pleno & abundanti. Plautus: Paucite, mihi cæna ut ebria sit, id est abundans & opipare parata. Ebriosus, qui sæpe fit ebrius. (ἑβρίω) Plinius lib. 30. cap. 19. Ebriosus oua noctuæ per triduum data in uino, tædium eius adducunt. A quo ebriositas. (ἑβρίω) Cic. 4. Tusc. Vt inter ebrietatem & ebriositatem inter est: aliudq; est esse amatorem, aliud amantem. Huius contrarium est sobriosus, sobrietatis affectator, quo usus est Cyprianus. Inter ebrium, & ebriosum hoc interest: nam potest qui ebrius est tum primum esse, nec habere hoc uitium: qui ebriosus est sæpe extra ebrietatem esse: sic ebrietas ab ebriositate seingitur, quòd alterum affectionis sit, alterum habitus.

**E**bullo, a. (ἑβύλλω) uide in dictione Bullio.

**E**būlum, (ἑβύλλον) herba est faciens baccas rubras & ueluti sanguineas in similitudinem sambuci. Vulgò attich.  
 Verg. Sanguineis ebuli baccis. Colum. lib. 2. Sed citra hoc experimentū multa sunt, quæ & dulcem terrā, & frumentis habilem significant, ut iuncus & calamus, gramen & trifolium, ebulum, rubi, pruni syluestres, & alia cōplura. Idem: Et rutilas ebuli creat uuida baccas. Legitur & ebulus.

**E**bur, et Ebor, (ἑβωρός) utroq; modo dicitur pro elephantis dente, quasi è barrho: id est elephanto. Cicero 4. Acad. Non enim est è saxo sculptus, aut ebore dolatus. Ebur pro uasis, aut alijs rebus ex ebore dolatis. Horat. lib. 2. Carm. Ode 18. Non ebur, neq; aurum Meo remidet in domo lacunar. Cic. 4. Verr. Vt omne ebur ex adibus sacris, deorum deniq; simulachra, quæ uellet auferret.

**E**burneus, a um. quod est ex ebore. (ἑβωρός) Plin. lib. 10. cap. 5. Iouem fecit eburneum in Metelli ade, qua campus petitur. Aut quod instar eboris album est, ut eburnea facies. Ouid. lib. 3. Metamor. Impubesq; genas & eburnea colat decusq;. Eburneolus, diminutiuum. Cic. 3. de Orat. Quæ seruum sibi habuit ille ad manum, cum eburneola solitus est habere fistula.

**E**burnus, a um. idem quod eburneus. Tibull. Hanc primū ueniens plectro modulatus eburno. Luc. lib. 2. Legimusq; fauces gradibusq; accliuus eburnis.

## E A N T E C.

**E**cāstor, aduerbium iurandi. Donatus: Ecāstor, per Cāstorem & Pollucem, ornatiua sunt iurandi, apta faminis. Plautus in Amph. Ecāstor te experior quanti facias uxorem tuam. Terent. in Andr. Perēcāstor scitius puer natus est Pamphilo.

**E**cāstus, (ἑκάστος) pen. cor. figura est, quæ Latine dici potest excessus. nam componitur ab ἐκ & κάστος, quod est egressus. Vergil. lib. 1. Georg. describens tempestatem præcauendam à rusticis.

**E**cbolia, (ἑκβολία) medicamenta sunt, quibus medici utuntur abigendis infantibus in utero encelis, quæ & phithoria dicitur, apud Dioscoridē uerba sunt crebra. Latine cicetoria, & cicetices medicinae dici possunt.

**E**cce, (ἑκεί) aduerbium demonstrandi, quod apud Vergilium aliquid repentinum in spera: umq; significat: ut, Ecce autem gemini, à Tenedo tranquilla per alta, Horresco referens. Scribit Aseonius etiam hoc proprium esse Ciceronis, ut in rebus improuisis hæc particula utatur, cum apud alios interdum in rebus lætis usurpetur. Ouid. Ecce Corinna uenit. Et modò accusatiuo, modò nōnominatiuo iungitur.

**E**cce, iusurandū est, ac si dicatur, per Cereem, (ἑκεί) ut Ecāstor, & epol. Alij Ecce accipiunt pro ecce. Plautus in Amph. Ecce, iam tu autem facis, ut tuis nulla apud te sit fides.

**E**cclēsiā, (ἑκκλησία) Latine cœtus, concilium, concio, congregatio. In Decretis Canonice sumitur quandoque pro fidelium omnium congregatione. Sic dicimus, Christum esse caput Ecclesiæ.

**E**cclēsiastes, (ἑκκλησιαστής) concionator.

**E**cceubi, (ἑκεί) per duplex ce, & pen. cor. componitur ex ecce & ubi.

**E**cceum, ecceam, eccos, eccas: quasi ecce tū, ecce eam, ecce eos, ecce eas. Sic ellū, ecce illū: ellam, ecce illam: ita exponit Donatus. Terent. in Andr. Ecceum uideo. Alij exponunt ecceum, ecce hic, sicut intellige uirum de quo agebamus. Ecceam, ecce hic, subintellige faminā de qua agebamus. Ellū, ecce illic, scilicet uirum, resoluendo per aduerbia, non per nōmina, ut apud eundem. Ecceum me, quod non licet exponi, ecce eum me.

**E**cdicus, (ἑκδικός) Latine dicitur persecutor, ultor, uindex. Cic. ad Thermū, lib. 13. Epist. fam. Dixerat mihi Euthydemus eū Ephesi esse, se curaturū ut ecdici Milesij Romam mitteretur: id factum non est. Legatos audio missos esse: sed malo ecdicos, ut aliquid confici possit. Quare peto à te, ut eos & Alabandenses iubeas ecdicos Romam mittere. Ecdicorum autem munus erat iudicio experiri contra eos, qui aurum uel argentum, & pecuniam Reipub. deberent.

**E**chēniā, (ἑχηνία) Latini inducias uocāt. Gel. li. 1. c. 25.  
**E**chēmythiā, (ἑχήμεθία) Latine taciturnitas dicitur & auscultatio. Vnde echemythos à Græcis dicitur censei Budæus auscultatores, & censei in munitionem habentes in senatu. Idem alio loco interpretatur echemythos cunctatores, & sermonis homines parcissimos, qui aures duas habere se: unicam linguam in causis etiam publicis meminere.

Alia: ltr linc digitos mtridum ptingat nro  
Cortice depositis mtridum mtridum mtridum

B A N T B C.

**Echeneis**, (ἐχηνίς) genus pisciculi, quem ferunt per aquam sistere nauem, quamuis immensam, & uelo & remis concitata, ne possit iter institutum peragere. ἀπὸ τῆς ἐχῆ. habeo, teneo, & uolens nauis: siue ab ἐχόμενo heredo, quod nauem teneat, uel naualibus tabulamentis adherens remorari compellat. Plinius lib. 9. Est paruum admodum piscis assuetus petris, echeneis appellatus, hoc carinis adherente, naues tardius ire creduntur, inde nomine imposito. Ob quam rem à Græcis ἐχηνίς dicitur, à nostris remora à morando, remigioque nominatur. Luc. lib. 6. Non puppim retinens Euro tendens te rudentes In medijs echeneis aquis. Ferunt hunc piscem fluxum gravidarum utero sistere, partusque ad puerperium continere.

**Echidna**, (ἐχιδνα) Latine hydra, ea potissimum quæ ab Hercule interfecta est. Ouid. lib. 3. Fast. Sanguine centauri Lernææ sanguis echidnæ Mifus ad auxilium tempora nulla dabat. uide in Excerpta.

**Echinometra**, (ἐχινόμετρα) echinorum genus, quorum spinæ longissimæ, calices minimi, nec omnibus idem rufus & uireus color.

**Echinus**, pen. prod. tegmen spinosum, quo seruantur castaneæ. uulgo ricium uocant. unde castaneæ echinatæ. Plinius lib. 15. e. api. 23. Noces uocamus & castaneas, quanquam accommodiores glandium generi, armatum his echinato cortice uallum est. Ab huius tegminis similitudine dictus est echinus piscis quidam, quem Plinius libro 9. capi. 31. scribit esse cancrorum genus, quibus spinæ pro pedibus sunt. ingredi huic est, in orbem uolui. Græci ἐχίνου hirtum uocant. Marti. Iste licet digito testudine pungat acuta, Cortice deposita mollis echinus erit. Saxa petii, inter quæ se locat ne à fluctibus iactetur. Est & echinus apud Græcos terrestris animal, cui est apud nostros hericio nomen, quod ipsum ab hærendo deductum est, & aquæ spinis hirsutus est atque maritimus echinus: de quo Ambro. lib. Hexam. Echinus iste terrenus quem uulgo hericium uocant, si quid insidiarum præsenferit, spinis suis clauditur, atque in sua arma se colligit. Præterea echinus genus uasis æneæ est, in quo calices lauantur, quam alij ampullam dicunt esse uitream. Horat. Serm. Pocula cū cyatho duo sustinet, astat echinus.

**Echinophora**, genus concha. Plin. lib. 22. cap. 11.

**Echion**, medicamentum quoddam, dictum à uiperâ, quâ Græci ἐχίνου nominant. Plin. lib. 29. cap. 6. ἐχίνου. & herba pulegio similis eodem authore.

**Echites**, lapilli species, uiperæ similis, colore uiridi subobscuro. Plin. lib. 37. cap. 11.

**Echō**, soni uel uocis repercussio. Græcè ἠχὸ sonus, & ἠχίω resonatio. Ouid. lib. 3. Metamor. Planxerunt Dryades plangenti bus assonat Echo. Fit enim in conuallibus & locis concameratis, ubi scinditur resultans aer, in quibus acceptæ uoces numerosiore repercussu multiplicantur: nomenque echo eiusmodi uoci à Græcis datum est, ut Plinius scribit, quoniam non est uagandi liberrimus campus, sed obiectu reflectitur. Quæ causa etiam multas uoces, multis in locis reciprocas facit: sicut in urbe Cyzico turres septem acceptas uoces multiplicent. Et Olympiæ porticus fuit, quam Heptaphonon appellant, quoniam septies eadem uox redditur. In hanc sententiam ait. Lucret. Sex etiam ac septem loca uidi reddere uoces: Vnam cum iaceres, ita colles collibus ipsi, Verba repulantes iterabant uerba referri. Hæc echo, à Latinis dicitur imago. Valerius Placcus lib. 3. Argon. Rursus Hylan & rursus Hylan per longa reclamat Auia, responsant syllua, & uaga certat imago. Horat. Quem deum cuius recimit iocosa Nomen imago. Vbi Porphy. exposuit quod imago dicitur quasi imitatio. Scribit Ouid. lib. 3. Metamor. Echo nympham fuisse, restitisseque ei uocem solum & ossa, ossaque lapidis traxisse figuram.

**Echōr**, (ἐχὼρ) etiam Græci uocant argutas ualles, ab ἐχῆ, ut inquit Columella lib. 10.

**Eclegmata**, atis. (ἐκλεγμάτα) Latine linctum dicimus, frequentissimum medicis omnibus. Sunt enim eclegmata, quæ sunt lincti gratia, non edendi neque deuorandi: hoc est, cum aliquid in ore tenentes, paulatim disillando sorbemus. ἀπὸ τῆς ἐκλεῖν & ἄμα. Vulgus medicorum electuarium uocat. Plinius lib. 21. de thymo: Diutina tussi eclegmate faciles excreationes facere existimatur.

**Eclipsis**, (ἐκλειψις) Latine defectio. ἐκλειπω enim deficio. Figura est, cum deest dictio aliqua necessaria, quam desiderat præcisa sententia. Teren. in Andr. Verbum unum caue de nuptijs. deest, dicas. Eclipsis lunæ: hoc est, defectus lunæ: nempe dum sol per interpositionem terræ ita lunæ opponitur, ut luna ipsa lumine suo proprio carere uideatur. Eclipticus. a. u. m. defectiuus. Plin. lib. 2. cap. 10. Conuenit stellas in occasu uespertino proximas esse terræ & latitudine & altitudine, exortusque matutinos in initio cuiusque fieri: stationes in medijs latitudinum articulis, quæ uocantur ecliptica.

**Eclōgā**, (ἐκλόγη) electio, electus, explanatio: ab ἐκλεῖν, quod est eligo. Dicitur & sermocinatio, seu colloquium, unde Eclogæ Vergilij, & eclogarij apud Ciceronem ad Atticum libro 16. id est, sermocinatores, uel auditores sermonum. Neque sermonem de capris significat, tunc enim ægloga dicitur.

**Ecnophiās**, (ἐκνοφίαι) procella est, cum nubes rupta, & in primum soluta fuerit. Plin. lib. 2. ca. 10 meminit. Latine procella dicitur, quæ ut inquit Aristot. uentus is est, qui disiecta nube, crassitudinem eius in sese discuit absumitque: ob id Plinius siccam ab eo nubem rumpi tradit, hoc est sine imbribus. Nam qui cum imbribus nubem repente frangunt, exhydriæ nominantur.

**Econās**, (ἐκόναι) uocant imagines ex membris aliquorum similitudine expressas, inquit Plin. lib. 24. Vnde & econcula diminutiuum. Sueton. in Nero. Pro summo, inquit, numine, tribusque in die sacrificijs colere perseverauit econculam puellarem. Dicitur etiam icona, & iconcula.

**Econtrāriō**, (ἐκοντράριον) ad uerbum ἐξιναντίας significat è diuerso, contrā.

**Ecphrāsīs**, (ἐκφρασις) est mera puraque enarratio.

**Ecpiēmūs**, ἀπὸ τοῦ πρῶτον. quādo ita premuntur oculi, ut extertis perseverent, & plus iusto patentes sunt, ut contingit athleticis certamine compressis.

**Ecquando**, (ἐκπότε) id est, num quando, uel sin aliquando, & aliquo tempore. Cicero pro Lege Agraria. Quæro à populari Tribuno plebis, ecquando nisi per triginta tribus creati sint.

**Ecquis**, (ἐκτίς) ex en pro ecce, & quis, ubi en, ratione que sequentis mutatur in e. ex quo ostenditur eandem uim habere e & q. & significat nunquis. Nam particula en iuncta dictionibus incipientibus à q. interrogatiue positis, significat an, uel ne, uel num? ut ecquid, non ne, nunquid? Teren. in Eun. Ecquid nos amas de fidicina isthac? id est, aliquantulum me amas propter fidicinam? Ouidius libro 2. Fasto. Ecquid in officio torus est socialis? & ecquid Coniugibus nostris tua cura sumus?

**Eclāsis**, (ἐκλάσις) Latine stupor. Et ἐκλατικοί, qui mente facile commouentur. Hos Plinius mente commotos appellat lib. 23. id est fanaticos.

**Eclāsīs**, ἐκλάσις. dici potest productio. Figura est, qua syllaba naturaliter correpta producitur: ab ἐκλάω produco, ut Italiam fato profugus.

**Eclhipsis**, (ἐκλειψις) Latine elisio. Cæsura est, quam cum uocali eliditur. Ab aliquibus ellepsis, à Quintiliano detrahitio transfertur. ἀπὸ τῆς ἐκλεῖν & ἄμα.

**Ecltrāpēis**, (ἐκτράπηαι) quasi horrentes, & auersati communē

usitatem naturæ modum. Plinius libro 7. capite 16.  
 Ectropium, (ἐκτροπίον) dicitur cum inferior palpebra parum  
 sursum attollitur, sed pendens biat, nec cum superiore com-  
 mittitur. Lagophthalmos uero, cum superior palpebra non  
 descendit.  
 Ectypa, (ἐκτύπα) dicuntur opera, quæ exipsis typis formata  
 sunt. Plinius lib. 37. cap. 10. Hæ sunt gemmæ quæ ad ectypas  
 sculpturas aptantur.  
 Eculus, (ἐκουλός) uide in Equuleus.  
 Ecyra, (ἐκυρά) pen. cor. socrus Latine dicitur. unde Terentij  
 fabula. Similiter ἐκυρός, socer, pater uiri. Sunt tamen qui hoc  
 nomen aspirent. Hecyra.

E A N T E D.

*Verg. 2. Ennid. (hæc + ignis) edax  
 summa ad uirtutem uirtu.*

**E** Dax, (ἐδάξ) accipitur pro uorace, consumptore.  
 Cic. pro Flacco: Edax hospes. Teren. in Phorm. Ale-  
 re nolunt hominem edacem. A quo edacitas, (ἐδακίτις)  
 pro ingluuie, uoracitate. Plaut. in Pers. Neq; edacitate  
 eos quisquam poterat uincere. Cic. ad Qu. frat. Edacitate  
 pueri pertimesco. Vnde edax currus, quia multum ungui-  
 nis siue ceromatis absumit. Et edaces triremes, quod ma-  
 gnis consent impendijs.

Edem, (ἐδέμ) interpretatur uoluptas.  
 Edentatūs, dentibus priuatus. ἀποδοντῶν. Et edentia-  
 re, edentulum facere, excusis dentibus. ἀποδοντῶσα. Plau-  
 tus in Rud. Nimis uelim improbissimo homini malas edent  
 tauerint.

Edentulus, (ἐδεντός) qui sine dentibus est. Plaut. in Cas. Pro-  
 pter operam illius improbi edentuli.

Edera, ræ. (ἐδέρα) ab edendo dicta, quod parietes edat: quam-  
 uis alij ab hærendo potius dictam uelint, licet primam corre-  
 ptam habeat, quod hæreat semper, & sequatur quicquid pro-  
 ximum est. Est enim arbor omnibus inimica satis, sepulchra  
 ac muros rumpens, serpentium frigori gratissima. Vide Pli-  
 lib. 16. cap. 33. Ver. Candidior cygnis, edera formosior alba.  
 Vbi Seruius, Alba edera, quia sunt & nigra edera: ut. Aut  
 edera pandunt uestigia nigra. Nigra autem uel alba edera  
 non ex folijs, sed ex ligno cognoscitur. Ederaceus. a. um.  
 quod ex edera est: ut, ederaceum uas, Cato cap. 3.

Edico, cis. pen. produ. edixi, edictum, significat iubeo, pronun-  
 cio, decerno. παραγγέλλω. & est proprie magistratum. Vnde  
 edicta, (ἐδικτά) quæ sunt  
 consulum, prætorum, & ædilium literæ, quibus aliquid impe-  
 ratur. Est etiam edictum priuati hominis. Ter. Heau. Pri-  
 mum hoc te oro, ne quid credas me aduersus edictum tuum  
 Facere esse ausam. Mandare, est gerendum aliquid as-  
 sequendumq; committere. Præcipere, magistrorum seu ma-  
 gistratum & superiorum. Iubere, frequenter pro impe-  
 rare. Item edicere pro denunciare. Plaut. Truc. Edico  
 prius, ne duplices habeatis Linguas, ne ego bilingues uos  
 necem. Teren. Hecy. Ibo intrò, atq; edicam seruis, ne quos  
 quam efferris sinant. Vnde & edicere diem ad conueniendū,  
 edicere conuentum, edicere militibus prædam, apud Liuiū.  
 Ponitur etiam simpliciter pro dicere. Plaut. Truc. Sanus  
 si uidear, edicam. Item pro prædicere & præmonere. Cice-  
 ro de Finibus. Est enim tibi edicendum, quæ sis obseruatu-  
 rus in iure dicendo.

Edictum, uide Edico.  
 Edilia, (ἐδιλία) dicuntur omnia quæ ad esum pertinent.  
 Gellius: Quod ex salutis usu foret, ut edilia quidem omnia  
 defenderet ab arteria, depelleretq; in stomachum & pulmos  
 nem. Eadem Edulia, uide Edulis.

Edissero, ris. pen. cor. extra dissero, explano, declaro. διηξίνω.  
 κἀρά διήξω δὲ τὸν λόγον, ἀδύνητον. Pacu. Edisserere fabulam  
 hanc. Vergili. lib. 2. Aeneid. Mithiq; edisserere uera roganti.  
 Plaut. in Capt. Iam animaduorte: hæc mihi quæ dicam ed-  
 disse. Cic. De claris Orat. Quis docendo, edisserendoq;

subiliore Edissero. as. frequentatiuum. Plautus in Amph.  
 Ordine omne, ut quicquid actum est, dum apud hostes sedi-  
 mus edisserauit.

Edo, es. est, edi, esum, uelesum: uel edo, edis, cor. prima syllaba  
 ab edo, significat uescor. ἐδίο, φέγω. Verg. Est mollis flama  
 ma medullas. Cic. ad Att. li. 13. Itaq; & edit, & bibit & dicit,  
 & iucundè, opiparè sanè, & apparatè. Infinitiuus esse in acti-  
 uo, ab edo, es: edere uerò ab edo, edis, sit, sed pro præsentis uti-  
 mur: ut uolo esse, uolo comesse. Nam in defectiuis tempora  
 pro temporibus ponimus, ut si dicas odisse, nosse, meminisse,  
 etiã pro præsentis ponuntur. Edor, ederis, estur, præteritum  
 esus. Plinius lib. 10. cap. 9. Et in Aegypto propter eius ama-  
 ritudinem non estur. Quandoq; edo significat consumo. Ho-  
 ratius: Quæ lædunt oculos, festinas demere, si quod Est ani-  
 mum, differs curandi tempus in annum. Vergili. Nam sepe  
 fauos ignotus adedit Stello. Ambedo, circumedo. ἐπεφά-  
 γω. Idem: Ambefas malis absumere mensas. Comedo, à quo  
 excomedo, exedo, obedo, peredo, & superedo, quæ habent  
 pen. cor. Ab edo deducuntur esito. as. & esurio.

Edo, is. prima produ. edidi, editum, est emittere, & quasi extra  
 dare, de quo in Aedo. Apud Iureconsultos edere est, quod  
 nunc per scriptum dare, uel per declarationem dicunt. sed  
 multiplex eius usus est. Plautus: Edidit quisq; quod potest. id  
 est, pro fert & agit. Edere librū. Cicero: Nec se tenuit, quin  
 contra suum doctorem ederet librum. Edi in lucem, signifi-  
 cat nasci. Edere animam, pro mori. Sic edere uitam. Ede-  
 re frondem, siue fructum dicitur arbor apud Columellā. Sic  
 edere herbas campi. Edere leges, est conscribere, & statuere,  
 uel imponere. Edere nomen pro imponere. Liu. Domicilioq;  
 ibi comparato, L. Tarquimum Priscum edidere nomen. Est  
 etiam edere nomen, proferre uel efferre nomen suum ut de-  
 scribatur, & uelut suum nomen profiteri in actis: quem ma-  
 nu missuri sumus: id quod siebat ante cognitionem consulis.  
 Quinetiam edere nomina, hodie dicere possumus qui prouo-  
 catores apud acta curiæ presentari dicuntur. Budæus. Ede-  
 re oraculum, est diuinare. Edere rationes, facere computū  
 cum aliquo. Edere scelūs, committere, patrare. Edere testes,  
 proferre, producere. Vnde editus participiū, ut Edius Io-  
 uis saty, apud Ciceronem Offic. 1. Et editus nomen ex parti-  
 cipio, pro altus. Liu. Tumulo editissimo communierunt. Ea  
 diuitius adiectiuum. Iudex editiuis, quem altera pars elege-  
 rit. Editio, uerbale, ut editio librorū. Item editio accipitur  
 pro creatione magistratum, & illa promulgatione dignita-  
 tis, quæ communibus omnium uocibus ac suffragijs decerni-  
 tur. Liui. 4. ab Vrbe: Valerius Antias & Qu. Tubero M.  
 Manlium & Qu. Sulpitium C O S S. in eum annum edūt.  
 Cæterum in tam discrepanti editione & Tubero & Macer li-  
 bros linteos authores profuerunt.

Edo, edonit, (ἐδόν) idem quod edax, qui & manduco dicitur.  
 Nonius: Edones, & phagones, ab edacitate. unum Latī-  
 num, & aliud Græcum. Varro: Edones Romam, ut turba,  
 intendat annona, sed propter phagones sicedulam pinguem,  
 aut turdum nisi uolantem non uideo.

Edolo, as. pen. cor. perfecte dolo, polio. λαραξίω. Nonius: Euola-  
 re fabrorum est, cum materiarum complanatur asperitas.  
 Vsi sunt eo uerbo laudandi scriptores uerustatis, etiam ad  
 lias fabricas rerum. Varr. Vnum ego libellum non edolem?  
 Cic. ad Att. lib. 13. Abieci, quod iusseras edolauit.

Edor, à ueteribus dicebatur sacrificij genus, quod nunc ador  
 uocamus.

Educo, cis. pen. prod. eduxi, eductum, extraduco. ἐξάγω. Liuius  
 lib. 1. In aciem copias eduxit. Vergilius pro extraho po-  
 suit libro 10. Hoc dicens eduxit corpore telum. Aliquando  
 est erigere. Idem lib. 6. Arantq; sepulchri Congerere arbori-  
 bus, celoq; educere certant. Aliquando nutrire. ἀνατρέφω. Te-  
 renti. in Adelph. Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi, es-  
 duxi

duxi à paruulo, habui, amauit pro meo. Sed nos magis.  
 Educo. as. are. pen. cor. quod est nutrire. ἔδωκα, ἄνωγα. Vnde  
 liberorū educatio. πάλαι ἄνωγα. Varro De lib. educ. Educa  
 cit enim obsteritrix, educat nutrix, instituit pædagogus. Liui.  
 2. ab. Vr. Pauperes satis stipendij pendere, si liberos educant  
 Cic. 3. de Finib. Quis autem honesta in familia institutus  
 & educatus ingenuus?  
 Edulis penul. pro. quod manducari potest. ἔδωκα. Horati.  
 Vineæ summittit capreas non semper edulis. Idem, Edilis.  
 Edulium, dicitur quicquid ad prandium cœnamq; edendi gra  
 tia apponitur & sumitur, præter panem. ἔδωκα, ἄνωγα. Hie  
 ron. Cuius edulio primogenita perdidit.  
 Edurum, (ἀπὸς κληροῦ) non durum, quasi extra durum. ibi e  
 nim e priuationem significat, ut in enode: nam eduras cory  
 los dicimus, hoc est non duras. Verg. lib. 2. Georgi. Plantis  
 eduras coryli nascuntur. Quædam uetera exemplaria ha  
 bent, plantis & duras, utranque lectionem Seruius agnoscit.  
 Plin. lib. 14. cap. 3. In pergulis uerò seruntur escariæ appella  
 tæ, eduras acinis, albæ nigraeq;.  
 Eduro. as. are. ualde durum facere, & quasi ad laborem assue  
 facere. Columella: Quare docendus, & à pueritia rusticis  
 operibus educandus futurus uillicus.

E A N T E A B, E T F.

Effari, (ἀπὸς αἰῶνος) femininum est ab ea pronomine, numeri mul  
 Effari, proprie est eloqui. ἔφασι, ἀπορία (titudinis.  
 σαρ. Liui. 3. ab Vr. Fœdus, multisq; id uerbis, quæ lō  
 go effata carmine nō operæ est referre, peragit. Cic. pro Do  
 sua: Neq; uerbu ullū solenne potuit effari. Effari templa, ab  
 auguribus dicuntur, cū fines notantur. Cic. ad At. li. 13. Opi  
 nor augures nihil habere ad templum effandum. Vnde effa  
 ta, sunt ultime preces augurū, quas post fines auspicio  
 rum extra urbem sunt effati, ut Var. & Serui. aiunt. Cic. 2.  
 de Legib. Alterum quod interpretatur fatidicorum & ua  
 rum effata incognita.  
 Effaricio. is. effarsi, effartum, maximè impleo. ἔφασι. Cæsar  
 lib. 7. Hæc autem quæ diximus interualla grandibus in fron  
 te saxi effarcimur. (chio, axilla ostendatur.  
 Effaxillo. as. ab axilla fit, & significat exero, quod exerto bra  
 Effero, pen. cor. effers, extra fero. ἔφερον. sed omnino Græcum  
 est φέρω. Plaut. in Amph. Sed uide, efferantur ex nauibus.  
 Terent. in Adel. Nunquid nam effert? occidi. Efferre pe  
 dem. Plaut. in Bacchid. Nego tibi annis fuisse uiginti pri  
 mis copiam, pedem ut efferres ex adibus. Verg. lib. 2. Mene  
 efferre pedem genitor? Hinc efferri cadauer dicitur. ἔφερον  
 ἄνωγα, ἔφερον, ἔφερον, cum celebratur funus, uel  
 dum sepelitur, quasi extra domum ferri. Siquidem ueteres  
 solebant extra urbem sepeliri, nisi fuisset magistratus: hone  
 stiores tamen circa uias. Vnde frequenter epitaphia ad uia  
 tores diriguntur. Liui. Depugnabunt pro te ipsi ac moriens  
 tur, ac se ultro efferent. Idem 2. ab Vr. Nihil aliud ad eum  
 nuncium à proposito auersus, quam ut cadauer efferri iube  
 ret. Et efferri dicuntur mala, quæ patiendū uincimus, & qua  
 si tumulamur. Cic. lib. 4. Tusc. Neq; tam terribilis ulla fandi  
 ratio est, neq; fors, neq; ira cœlitum inuentū malum, quod nō  
 natura humana patiendū hæc efferat. id est, uincat, subdat,  
 sepeliat. Interdum efferre, (ἐξέρχω) est prouehere, exalta  
 re. Verg. Extulit hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos.  
 Interdum laudare, (ἀγαπᾷ) quæuis ad idem redu  
 ci possit: nam cum dicimus, effero illius facta, eū uehimus ab  
 humiliori gradu ad altiorē. Sed hæc per translationem, nā  
 proprie idem alibi: Offendit dextram insurgens Entellus,  
 & altè Extulit. id est, in alium leuauit. Interdum profer  
 re, ut apud eundem: Ut belli signum Laurenti Turnus ab  
 arce extulit. Interdum eleuare, minuerēq; quasi extra fero  
 re: hoc est euacuare. Cic. li. 2. de Orat. Illa autē quæ aut cons  
 ulationis causa leuiter, aut per motionis uehementer aguntur,

contrarijs commotionibus efferenda sunt, ut odio, bene  
 uolentia, misericordia, inuidia tollantur.  
 Effero. as. pen. cor. efferum: hoc est crudelem, instar fera facio.  
 ἔφερον, ἀνοχέω. Stati. lib. Achil. Et raptum superis Mars  
 efferat aurum. Efferare etiam est, quod uernacula lingua  
 dicimus in saluatichire. Liui. lib. 2. Obsita erat squalore ue  
 stis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie perempti: Ad  
 hæc promissa barba, capilli efferauerant speciem oris. Lact.  
 li. 3. Nam si homo ad aspectum alterius hominis efferaretur,  
 quod facere uidemus animantes, quorum natura soliuaga  
 est, nulla esset hominum societas. Efferare quoq; ferarum  
 imagines effingere. (ignibus.  
 Effersuo, erumpo. Cic. de Nat. Aquæ efferuescunt subditis  
 Efficax, cæcis, dicitur quod ad agendum aliquid uim habet, ac  
 maximè conducit. ἔφερον, ἄνωγα. Plin. lib. 24. cap. 15. Effica  
 cibus exemplis non maria plus temerata conferre mercato  
 ri, quam sedulum ruris larem. Ibidem: Aduersus serpentes,  
 ac priuatim aspides, ex aceto potu efficax. Calius ad Cice  
 ronem, Nosti Marcellum quam tardus & parum efficax sit:  
 hoc est promptus & paratus, dum res ex postulat. Hinc ef  
 ficacia, id est uis. ἔφερον, Plin. lib. 11. cap. 5. Quos efficacia  
 industriæq; comparemus neruos. Et efficacia idem signifi  
 cans. Et efficaciter aduerbium. Plin. lib. 28. cap. 51. Capiti  
 uulnera manantia, urina tauri efficaciter sanat.  
 Efficio. is. penul. cor. perfectionem denotat. ἀδύναμις. Te  
 rentius in An. Quid est quod tibi mea ars efficere hoc possit  
 amplius? Plaut. in Pseud. Neq; hoc opus, quod ego uolui,  
 ego hodie efficiam. Dicitur etiam affectum dare uel reddere.  
 Hinc efficiencia, æ. ut efficiencia solis, quod is diem effice  
 ret: & efficiencia uoluptatum, Cic. 2. de Natu. Efficienter,  
 aduerbium. Cic. de Fato: Non sic causa intelligi debet, ut  
 quod cuiq; antecedit, idem causa sit: sed quod cuiq; efficien  
 ter antecedit. Effectus, us. nomen. Plin. in Paneg. Perge  
 modo Cæsar, & uim effectumq; censura tuum propositū, cui  
 actus obtinebant. Effector. Cic. de Diuin. Magna stultitia  
 est earum rerum deos facere effectores.  
 Effigies, (ἔφερον, ἔφερον, ἔφερον, ἀνοχέω) signum est ad alteri  
 us uiam similitudinem, uel ad ueritatis imaginem factum,  
 tam in picturis, quam in sculpturis, ut scribit Valla libro 5.  
 Plin. lib. 10. cap. 44. Vnde origo fabulæ, Diomedis socios in  
 earum effigies mutatos. Effigies humanitatis & probitatis  
 patris filius, apud Cic. 2. de Finib. Ponitur & quandoq; pro  
 aspectu. Dicitur etiam effigia. Plaut. in Rud. Veneris effi  
 gia hæc quidem.  
 Effigio. as. ad effigiem formo. ἀνοχέω. August. li. 7. de Ciuita.  
 Quid sunt idola, nisi quod oculos habent, & non uidebunt?  
 & quicquid tale de materijs, licet à fabro effigiatis, tamen uē  
 ta sensuq; earentibus dicendum fuit. Ineffigiatus autem, qui  
 non habet aliquam formam.  
 Effilatum, uide in dictione Filo.  
 Effingo. is. ualde fingo, ex enim auget: uel quasi naturalia for  
 mo, & ad alterius formam fingo, & qualem uolo fingendo  
 formam represento. ἀνοχέω, ἀπαράτω, ἀπομιμύω. Cice. 1.  
 Tusc. Quæ porro tam immensa magnitudo, quæ illa mula  
 ta possit effingere? Quintilian. Nam mihi uidetur M. Tula  
 lius, cum se totum ad imitationem Græcorum contulisset  
 effinxisse uim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem  
 Isocratis. Val. lib. 7. cap. 46.  
 Efflagito. as. (ἀνοχέω) cum clamore, seu cum magna instan  
 tia flagito: hoc est, postulo. & est plus quam postulare. Verg.  
 Ille semper fugiens Rutulos simul increpat omnes, Nomine  
 quenq; uocans, notumq; efflagitat ensem. Quintili. ad Try  
 pho. Efflagitasti quotidiano conuicio, ut libros quos de Insti  
 tutione oratoria scripseram, iam emittere inciperem. Tas  
 men à flamma componitur.  
 Efflagitatus, us. nomen, pro uehementi postulatione. Cice. 7.

Virg. lib. 3. Enn. Effigies  
 Larre dicitur Effigies  
 Romæ

in Verr. In iudicio coactu atque efflagitatu meo producere ad ignotos, etc.

Efflagitatio. onis. Cic. ad Brut. Quia neminem magis decet quam te, Rempub. amare, libertatisque defensorem esse, uel in genio, uel rebus gestis, uel studio, atque efflagitatione omnium.

Effligo. gis. pen. pro. effligi, effligium, idem significat quod affligere. Plaut. in Asin. Quam tu propediem (nisi quidem illa ante occupauit te) effliges scio. Effligium, (ἀφροσύνη) ad uerbum, pro ualde et uehementer. Plaut. in Amph. Sic effligium amare, perinde ut hic te affligium deperit.

Efflo. as. extra flo. spiro. ἀφλάω. Var. lib. 1. de re Rust. Præterea quod ab sole toto die illustratur salubrior est, quod et bestiolæ, si quæ propè nascuntur, aut inferuntur, aut efflantur, aut ariuidine citò pereunt. Inde efflare animam. ἀφλάω. dicitur. Sue. Priusquam efflaret animam pro mortuo de feri iussit.

Efflores. es. (ἀφλάω) a quo effloresco, uide in Desflores.

Effluo, extra fluo, effundor. ἀποφύωμαι, ἀφύω. Ca. de re Rust. ca. 1. Si habebis aquam, uinum effluet, aqua manebit. Cic. 2.

Tusc. Num tu ingemuisse Epaminondam putas, cum unam cum sanguine uitam effluere sentiret? Laet. li. 1. Siue igitur a Melissa sicut Didymus tradidit colendorum deorum ritus effluxit

Effluentia. a. Plin. li. 26. ca. 10. Illita quoque radix genitalibus, inhiabit non solum Venerem, sed effluentiam geniturae.

Effluxiones, uocantur menses menstruorum, et seminis conceptionis ad instar lactis eruptiones intra septimum diem a conceptione.

Effodio, dis. pen. pro. extra sodio. ἀνασάω, ἀφάω. Plaut. in Cas. Ex sterquilinio effossa tua illæc præda est. Idem in Pseud. Ex hoc sepulchro uetere uiginti minas Effodiam ego hodie.

Effæmino. as. pen. cor. in muliebrem molliciem atque lasciuam conuerto. ἀποκινώω. Sallu. Ea quasi uenenis malis imbuta corpus animumque uirilem effæminat. Cic. lib. 1. Tusc. Cogitationibus molestissimis effæminamur. Vnde et effæminati, (ἀφροσύνη) molles et lasciuu dicuntur.

Effæta, (ἀφροσύνη) cum æ diphth. accipitur pro ea, quæ factum emisit, unde illud Colum. lib. 8. Primus effætae partus amouendus est, quoniã tiruncula nec rectè nutrit. Item sumitur effætus, pro factu qui emissus est. Idem libro 4. Pullos oportet singulos, ut quisque natus sit tollere, sed uno die in cubili sine re cum matre, et aqua ciboque abstinere, dum omnes excludant. Postremo die cum grex fuerit effætus, hoc modo deponatur. Effæta, (ἀφροσύνη) quoque dicitur, quæ non amplius parit, quasi frequenti partu lassata. Plin. Est autem tanta gallinis fecunditas, ut aliquæ sexagena pariant oua, aliquæ quotidie, aliquæ bis die, aliquæ intantum ut effætae moriantur. Hinc effætus, factu defuitutus, eneruatus, exhaustus et lassatus: à similitudine mulierum, quas partus debiles reddunt. Vergili. Frigentque effætae in corpore uires. Similiter effætam tellurem dicimus, ut idem lib. Georg. Effætos cinerem immundum iactare per agros. Vbi Serui. Continua fertilitate lassatos, sicuti etiam frequenti partu effæta dicitur mulier. Colum. in Prefatione: Quod existiment ubertate nimia prioris æui defatigatum et effætum solum, nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimenta. Cicero in Cato. Libidinosæ et intemperans adulescentia effætum corpus tradit senectuti. id est debile et infirmum, quia uacuum uiribus et eneruatum.

Effrenus, (ἀφροσύνη) uide in dictione Frænum.

Effugio. is. pen. cor. extra fugio, euado. ἀφύωμαι. Vnde effugium, effugia. ἀφύω. uide in Fugio.

Effundo. is. extra spargo. ἀφύωμαι, ἀφύω. Lactantius libro 1. Nam præter uerborum licentiam, quibus obscenitas omnis effunditur. Plautus: Totamque effundit fideliam. id est, sparsit quicquid in fidelia erat. Per translationem confusum. Cicero libro secundo Officiorum: Multi patrimoniam effuderunt inconsulte largiendo. Quandoque emittere, Ver

gilius: Ruuntque effusi carcere currus. Quandoque prosterne re, profligare. ἀποφύω. Sallustius, Effuso ac profligato peditatu, paulatim retrocedere ceperunt.

Effusio, effutis, penultima producta, inepte et inconsulte loquor, euacuo. ἀναβάω, ἀφύω. Translatio à uase futili, quod patulo ore, fundo acuto, instabile, nihil in se contineat. Terentius in Phorm. Eo perperam olim dixi, ne uos forte imprudentes foris Effutiretis. Et futilis dicitur, qui nihil intra se continet, et semper inanis est. Horatius, Effutire leues indigna tragædia uersus. Varr. Euax uerbum nihil significat, sed effusum naturaliter est. Nonius effutire exponit pro dicere cum mendacio, adducitque Ciceronem libro 5. Tusc. ubi sic ait: Nec hoc sic agit, ut ex tempore quasi effutire uideatur.

E A N T E G.

Egelidor. aris penulti. correp. regelor, geluque dissoluo. ἀποφύωμαι. Sidonius, Egelidarentur fibre glaciæ ales. Egelidus. a. um. quod non est calidum, neque frigidum. Seruius pro ualde frigidum exponit. Vergilius 8. Aeneid. Et procul egelido secretum flumine uidit. Suetonius de Augu. Vngebatur sæpius, sudabat ad flammam: deinde perfundebatur egelida aqua, uel sole multa tepesacta. Oui. Sed gelidum Boream, egelidumque Notum. Columel. Nunc uer egelidum, nunc est mollissimus annus.

Egenus, penul. prod. qui aliquid habet, et aliquo indiget. ἰσχυρὸς. Pauper, qui nihil habet. ἀπύος. Inops, sine ope. ἀφροσύνη. Liuius 9. ab Urb. Omnium egeni corpora humi prostrauerunt. Plaut. in Pæn. Sæpe ego res multas tibi mandari Milphio Dubias, egenas, inopiosas consilium habeo. ἀφροσύνη. Egeo. es. equi, alicuius rei necessitatem habeo, ἀποφύωμαι. tam genitio, quam datiuo iungitur. Plautus in Asin. Quia tui abeuntis egeo. Lactantius libro quinto. Tantam esse innocentiam uim, ut non egeat nec armis nec uiribus. Hinc componitur indigeo. ἀφροσύνη. Deriuantur uerò egestas, egens, egentior, egentissimus.

Egero. is. (ἀφροσύνη) penultima correpta. si. stum. uide in dictione Gero.

Egestas, indigentia, paupertas. ἰσχυρὸς. Hanc aiunt Herbi noctis filiam, non eam quam plurimi arbitrantur, scilicet oportunitas carere, quam uiri fortes tolerantia superauere, ut in arenis Libycis. Cato: Sed eam potius, cui abundantes, falso iudicio tracti, succumbunt, ut auri custos Midas Phrygum rex quidam omnia quæ tangebat, iuxta uotum uertebantur in aurum, fame peribat.

Egestosus, (ἀφροσύνη) ab egestate formatur: sicut à sobrio sobriosus. Cyprianus: Quum nulla fuerit opportunitas scandali, ubi transeunter, quod peius est, egestosam habuerit mansionem.

Egredior, extra gradior, exeo. ἀφύωμαι, ἀφύω. Terentius in And. Vnde egreditur? Ibidem: Egreditur ab ea. id est, de domo eius. Cic. ad. Att. li. 13. Quo facilius sustentari nos possemus, pedem è uilla adhuc egressi non sumus. Lactan. lib. 2. Ille uero cum egressus esset ex arca. Dicimusque egredior templo, et è templo, et templum: id est, extra gradior templum. Inde egressus, et egressio. ἀφύω. Egregius. a. um. quasi ex toto grege electus, excellens, eminens et præstans. ἀφύω. Teren. in And. Forma egregia et ætate integra. Hinc contra grammaticorum regulas Iuuen. formauit comparatiuum, Egregius cetero nat meliusque miserrimus. Sic Luc. Nihil egregius quam res discernere apertas A dubijs. Egregie, (ἀφροσύνη) ad uerbum, excellenter, quamuis etiam usurpetur pro ualde, nimis ut apud Terent. in Andr. Horum ille nihil egregie præ Egula, tertium genus sulfuris. cuius (ter cætera studebat. ius usus est ad suffiendas lanas: quia candorem tantum molliciemque confert. Plin. lib. 11. cap. 15.

Egurgito. as. pen. cor. significat exhaurio. Plaut. in Epid. Atq. egurgitem domo prorsus.

E A N T E H, E T I.

E. H. d. a. interiectio est ad se uocatis, uel nutus est intentionem deponentis eius, cum quo uult loqui. Ter. in Andria. Eho dum ad me. Alias interiectio admiratis, ut a apud eundem, Eho, an tute intellexisti hoc asimularier? Ei, uel una syllaba ei, oi, a. d. datiuus ab is, ea, id, aliquando habet qualitatis uim. Teren. in And. Eme ego ut aduerser? hoc est tali, tam bono. In metro plerunq. monosyllaba dictio est, sicut cui & huic: licet quandoq. etiam duarum syllabarum reperitur: ubi et modo corripitur, modo producitur. Iuuen. Iuuenes hortantur, ut illam Ire uia pergant, & eidem incube seclae. Lucretius libro 6. Scilicet & fluiuis qui uisus maximus ei.

Eia. a. a. modo adhortantis est, modo corripientis. Eicio. is. extra iacio, excludo. Verg. Nec non Tarquinium eiecum Porfenna iubebat Accipere. Quandoq. extendo. Idem, Eiectioq. incumbit cernuus armo. Eiectum quoque pro naufragio idem posuit: Eiectum littore egenam Excepi. Hinc eiecius. a. uim. Plinius, Vulus eiecto partu melior, quam edito. Eiectitia, (i. uolans) uocatur illa, haec porcaria.

Eiulari. est uoce in altum sublata plorare: magisq. mulierum est proprium. Plaut. in Aul. Infit tibi postulare, plorans, eiulans. Cic. 2. Tusc. Ipsum enim Herculem uiderat in Octa magnitudine dolorum eiulantem. A quo eiulatio, & eiulatus, dicitur ploratus rationis expers. Cicero de Arusp. Resp. Non sunt illi eiulatus & gemitus Philoctetae. Sic 2. de Finibus.

Eiurare. est extra ius facere, renunciare. quemadmodum exaugurare, extra augurium facere. Vall. libro 2. Ignominiosa consulum eiuratione. id est, Plin. in Epist. Et quasi eiurato magistratu priuatum me facerem. id est, renunciarem.

Eiusmodi. & Eiuscemodi. pronomina suae nomina ex se inuicem composita genitiui casus, omnibus alijs figurate adiuncta.

E A N T E L.

Elaboro. as. pen. prod. pro extra labor. Effugio eo modo, quo lubricus anguis, aut anguilla manus comprehensa lapsu fugit. Verg. Ecce autem elapsus Pyrrhi de caede Polites. Cicero, Hic fratre suo censore qui proximus ante me fuerat, elapsus est. hoc est accusatorum ueluti pressantium manus effugit. Plaut. in Cap. Ea spes elapsa est. id est effugit.

Elaboro. as. (i. uolans) uide in dictione Laboro.

Elacatena. genus salsamentum piscis. de quo Colum. lib. 9. Scomberi, carchari, elacatenaeq. uentriculos, & ne singula enuntentem salsamentorum omnium purgantia.

Elaemporia. uel (ut aliqui uolunt) elemporia, & hospitatur apud Alexandrinos, olei publice coemendae cura. Budaeus in Pand.

Elaeon. (i. oleum) Latini oleum uocant. Ex quo componitur eleomeli, oleum in Syria sponte ex ipsis oleis manans sapore melleo: aluum mollit, bilem detrahit. Vide Plin. lib. 17. cap. 17. & lib. 22. cap. 4.

Elaeothesium. Latine unctuarium. & sumitur pro loco, ubi unctores corpora ungere solebant post lauationem.

Elaphobolion. dicitur mensis Februarius.

Elaphoboscion. herba est ferulacea, geniculata, digitis crassitudine, semine eorum, dependentibus folijs olusatris: commendata in cibis, contra serpentium omniumq. aculeatorum ictus. Vide Plin. lib. 22. cap. 22.

Elaphos. pen. cor. Latine ceruus.

Elape. genus serpentis. Plin. lib. 32. cap. 5.

Elate. es. generis feminini, genus palmae. Plin. lib. 23. capite 5. Palma siue elate medicinae confert. Alioquin abietem Graeci uocant elatur.

Elaterium. genus est medicamenti. Plinius libro 20. capite 10. Vide Dioscor.

Elatine. es. feminini gener. herba est quae folia helixines habet. Plin. lib. 27. cap. 9.

Elatites. lapis est. Plin. lib. 36. cap. 20.

Elatus. pen. prod. excelsus, eminens, superbus: ab effero. uocatur.

Electio. recta est approbatio simpliciter.

Electo. as. frequentatiuum formatum ab electum supino. Electo, quicquid illud sit, hoc est mulcebo, & bono modo saepe foras exire faciam.

Electridas. nonnulli dicunt esse in Britannia arbores electrum emittentes. Alij dicunt insulas esse in mari Adriatico, ad quas Padus dilaberetur: quod falsum esse manifestum est. Plin. lib. 37. cap. 2.

Electrum. gummi siue lachryma, succus uel ex arboribus pini generis profluens, quod a Latinis succinum dicitur. Nascitur (ut inquit Plin.) in exoticis insulis, sub metalli specie, & glessum dicitur a Romanis, a Latinis succinum. Hinc electriferas insulas glessarias, a cuius coloris similitudine puto eam misturam electrum dici, quae ex parte quadam auri & argenti conficitur, dicente Plinio lib. 34. Aurum in quo quinta argenti portio est, electrum uocatur.

Electuarium uulgus literatorum uocat, quod Graeci uocant a lingendo.

Eleemosyna. munus quod inopi datur, ab eleos, quod miserationem significat. Quod nomen apud gentiles raro legitur, cum apud Christianos frequentissimum inueniatur. Spartianus de Caracalla, Non tenax in largitionem, non lentus in eleemosynam.

Elegans. pen. cor. nomen est, non participium, ab eligo, ut Cicero lib. De optimo di. gen. inuere uidetur, cum inquit, Nam sicut in epularum apparatu a magnificentia recedens, non se parcum solum sed etiam elegantem uideri uolet, eliget quibus utatur. Sunt enim pleraq. apta huius ipsius oratoris de quo loquor parsimoniae. Est igitur elegans, idem quod cultus, ornatus, politus, quasi qui eligere sciat, aut qui ipse sibi sit eligendus. Regem elegantem narras. Gell. lib. 11. cap. 2. Elegans homo non dicebatur cum laude, sed id ferre uerbu ad atatem M. Catonis uitij, non laudis fuit. Cato lib. De moribus, Auaritiam omnia uitia habere putabant: sumptuosus, cupidus, elegans uitiosus, irritus qui habebatur, is laudabatur.

Elegantia. dicta est quod sit electa & separata a uulgaris opinione. & accipitur pro cultu & ornatu quae tamen apud ueteres, non ad ingenij opera, sed duntaxat ad nimis amoenum latumq. cultum ac uictum applicabatur, nec sine uitio erat. nunc elegans solum laudando dicitur, ut elegans oratio. Est & elegantia orationis pars, quae facit, ut uinum quodq. uerbum pure aperteq. dici uideatur. Huius duae sunt partes, Latinitas, & explanatio. Latinitas, quae sermone purum seruat ab omni uitio. explanatio est, quae reddit a pertam & dilucidam orationem. Ea duabus rebus comparatur, scilicet ut usitatis uerbis utamur, & proprijs. Usitata sunt, quae uersantur in consuetudine quotidiana. Propria sunt quae eius rei de qua loquimur uerba sunt, aut esse possunt.

Elegia. siue elegia, miserabilis, uel misera: ab eleos misereor. Unde elegi uersus, dicti sunt quod ad fistulam luctus cantari soliti erant, aut quod his miserabiles hominum aeternae, & amoris querimoniae decantantur. Romani id genus carminis, quod cum lamentatio

ut si h. dicitur elegantijs. uocant.

ne accinitur mortuis, naniam nuneuparunt. Inde tractum ut epitaphia quoque de functorum elegis uersibus scribantur. Ouidius, Flebilis indignos elegia solue capillos, Ah nimis ex uero nunc tibi nomen erit: Dicitur elegium metrum, & elegia, & per diminutionem elegidion, (ἐλεγιδιον.) Persius, Non si qua elegidia crudi Distarunt proceres. Penultima huius nominis elegia, à poetis longa proferatur. Martialis, Detinet incultis aut elegia comis. Ouidius libro de Remed. Blanda pharetratos elegia cantat amores. Statius uero libro primo Syl. Quas inter multum petulans elegia propinquat. Huius metri princeps fuit Callimachus, secundus Philetas. Elegus, elegum, ut elegus uersus, flebilis. Horatius libro 1. Odarum, ad Tibullum, Alibi ne doleas plus nimio memor, Immitis Glycera, neu miserabiles decantes elegos. Ab elegus sic Elegiacus. a. um. (ἐλεγιῶν) Elegiographus, (ἐλεγιῶν γράφειν) qui elegiam scribit.

*Ouid. pensio v. his r. l. l. g. r. m. m. g. p. m. d. i. n. t. e. x. t. u.*

Elementa, (στοιχεῖα) sunt principia omnium rerum, à quibus sumitur incrementum, & in qua resoluuntur. Vnde notas literarum, scriptores elementa uocant, eo quod sint principia orationis. Nam ex dictionibus syllabae, ex syllabis literae fiunt, ad similitudinem mundi elementorum. sicut enim illa coeuntia omne corpus efficiunt: sic haec coniuncta literalem uocem quasi corpus aliquod componunt. Inde elementariae literae, dictae sunt primitiuae. Iulius Capitolinus, Puer, inquit, literis elementarijs & calculo imbuus. Sic lex Moysi, & omne uetus testamentum, elementum dicitur ab Apostolo: quibus quasi ab elementis & religionis exordys Deum discimus. Quo enim modo elementa (inquit Hieronymus) appellantur literae, per quas syllabas ac uerba coniungimus, & ad texendam orationem longa meditatione procedimus. Ars quoque musica habet elementa sua, & geometria ab elementis incipit linearum, & dialectica atque medicina habent (στοιχεῖα) suas: sic elementis ueteris testamenti ut ad Euangelicam plenitudinem ueniat, sancti uiri eruditur infantia. A Seneca senex elementarius dicitur, cum ait libro 7. Epistol. Turpis & ridicula res est elementarius senex. Sunt autem quatuor elementa rerum principia, aer, ignis, terra, aqua: quod & omnia ex his gignuntur alunturque, ab alendo dicta: uel potius (ut Hieronymus scribit in Epistolis ad Hebraeos) quasi eleuamenta, quod ex ipsis caetera originem sumant, initia uidelicet, & fundamenta creaturarum. A quibusdam etiam dicuntur elementa per litteram, quasi fabricamenta, ab eo quod est elimo. as. quod ex eis fabricata sint omnia. Pythagoras caeteraque Physici principia quatuor elementa proposuerunt, ex quibus animalia constant, quae in corporibus nostris euidenter apparent. Carnes & ossa, terrena sunt: humor & sudor, aquatici, respiratio ex aere, calor ex igne. Ab elementis habemus corpus, à Deo animum, ut Vitruuius inquit, quum tamen multi dissentiant.

Elenchus, (ἐλεγχος) Latine reprehensio, argumentum, & idem ferè quod σύνθεσις, quasi comprehensio, sicut Cicero ad Atticum scribit, sed Latini indicem dicunt. Etenim quomodo librorum indices & pulchritudine & uarietate colorum, & magnitudine literarum libros exornant, & res alias sui indices: ita hi gestantium habitum illustrare, quasi indices eorum uidentur esse. ἀπὸ τῆς ἐλέγχου. quod significat arguere ac patefacere, id quod solent indices, ab indicado nominati. Sunt enim elenchi margaritae proceriores, fastigiata longitudine. Plin. lib. 9. cap. 37. Elenchos appellant fastigiata longitudine, alabastro figura in pleniorum orbem desinentes. Iuuenalis, Auribus extensis magnos commisit elenchos. Et hi quidem bini aut terni feminarum auribus suspendebantur. Item cauillatorium dictum elenchus appellatur, unde & pro quodam argenti genere sumitur. Vnde sophisticè

elenchi, apparentes, redargutiui. Eleo. es. maculo. Lucil. Si hic uestimenta eleuit luto ab eoria sum magnum ad cachinnum imprudens subiecit. Elephas, elephantis. (ἐλέφας) & Elephantus. ti. animal notum, quamuis pro ebore, hoc est elephantis dente, quandoque ponatur. Vergilius libro Georg. In scribis pugnam ex auro selidoque elephanto. Elephantis biennio uero grauescunt, nec amplius quam semel gignunt, nec plures quam singulos, uiuunt annos trecentos. Hos primum uidit Italia, Pyrrhi regis bello in Lucanis, & boues lucas neminat: quoniam nostri maximam quadrupedem quam haberent, uocarent bouem. Lucas à Lucanis. Alij Lucam quasi Libyeam dicitam uolunt, quod ex Africa huiusmodi belluae primò fuerint in Italiam deductae. Varro à luce lucas appellat exissimat, quod elephantis reuebant, propter inauratos reagos clypeos, qui in turribus his erectis conspiciuntur. Nauis, atque prius locusta pariet lucam bouem. Aufonius, Vt lucas boues olim resumpto praeferos praelio Fugit iuuentus Romula.

Elephantographi, (ἐλεφαντογράφοι) à Plutarcho in Periclis uita, uocantur pictores qui ebore pingunt. Elephanti, siue elephantiasis, (ἐλεφαντίασις) & elephas, est ceulepra quoddam genus, elephantorum cuti simile, crebris summa corporis parte maculis ac tumoribus, rubore paulatim se in atrum uertente. His non ora tantum atque manus, sed surae ac pedes inflantur: ut hinc recentiorum plerique non alios putent esse elephanticos, quam quibus crura sic intumescent, ut pedes elephantorum habere uideantur. Origo morbi ex atra bile, non quidem omni, sed retorrida, morbus inexpugnabilis. atque ut cancer unius partis, sic elephas totius corporis, quasi cancer existimatur. Cassiodorus, Cuius animalis elephantis ulcerosis uallibus exaratur, à qua transportaneorum nefanda, inquit, passio nomen accepit. Plin. lib. 26. Elephantiasis non fuit in Italia ante C. Pompeij tempora.

Elephantiacus, (ἐλεφαντιῶν) qui morbum elephantiae habet. Elephanti libri, apud priscos fuerunt, in quibus senatusconsulta scribebantur, quae ad principes pertinebant. Elephantinus. a. um. ἐλεφαντινός. pen. cor. nomen possessiuum, ut pellis elephantina.

Eleuatis, purgatio. Lucilius, Vt eleuatis facere per uentum uelis. Eleuo. as. pen. cor. sursum leuo, in altum tollo. πρὸς ἄνω, ἡρῶ. Plautus, Cape dum lapidem hunc, atque eleua. Item aufero. unde eleuatum pro ablati ponitur. Item extra leuo, minuo, extenuo, & res gestas uerbis deprimo. ἐλεῶ, ἡρῶ. tractum à re ponderosa, quae ut par sit, eleuatur. id est, imminuitur. Lilius lib. 3. Maior, inquit, si uana nostra P. C. auctoritas ad plebem est, uos eleuatis eam, quippe quia plebs senatus consultum in conuandis magistratibus soluit. Idem lib. 28. Quin. Fabius res gestas in Hispania eleuauit: id est, depressit. Quintilianus lib. 5. Gentium simul uniuersarum eleuata testimonia ab oratoribus scimus.

Elicis, (ἐλκεῖν) penultima correpta, sulci aquarum, per quos aqua collecta ex agro educitur, ab eliciendo dicitur. Columel. lib. 2. cap. 8.

Elicio. is. (ἐλκεῖν) penultima correpta, elicui, elicium, uel elixi, elicium. significat educo, extraho. Plautus in Bacchidibus. Vt eum ex lutulento caeno proprie hinc eliciat foras. Plinius libro 19. capite 7. Sapor autem asper, & medicamenti instar ad eliciendas aluos. Ouidius. Credibile est lachrymas eliciisse Deo.

Elicio. as. (ἐλκεῖν) pen. cor. frequentatiuum formatum à seipino elicium.

Elice.

**Ellico.** cas. pen. cor. inuerto.

**Ellico.** onis. pen. cor. inuertor & inuolutor rerum.

**Elido.** dis. pen. pro. elisi, elisum. effringo, exprimo, excludo, praefoco, dissipo, occido. ἔλιδω, ἔλιδω, ἔλιδω. Cice. lib. Tusc.

Haec sunt illae fibrae stirpium, quas initio dixi, persequendae, & omnes elidendae, ne ulla unquam possit existere. Plautus in Rud. Iubeo oculos elidere. Sucton. in Cas. Ac saepe praeturae uerba elisi exanimati sunt. Vergi. Geminusq; premens eliserit angues. Item est collidere. Idem lib. 3. Ter spumam elisam & rorantia uidimus astra.

**Eligo.** gis. penultima correpta, est de quouis numero, & quauis multitudinem electionem facere, uel ad nostrum emolumentum, uel dignitatem illius, qui eligitur. ἔλιδω, ἔλιδω, ἔλιδω. Cicero quarto Acad. Quam potissimum sententiam & disciplinam melius eliget? Varro de re Rustica, De asinis quoniam amplissimum, & formosissimum quem possunt, eligunt. Hinc **Electio.** Item electus participium, & nomen. Elegans, & elegantia. Deligo. is. ere. uero significat ex magis idoneis aliquem legere ad aliquid agendum. Delegit sibi saepe Popu. Romanus imperatorem ad bella, ut Pompeium ad bellum Mithridaticum. Imperator quosque deligit milites, non eligit, ad rem uidelicet bellicam idoneos, & inter eos agit delectum, qui cui rei sit magis accommodus. Et agricola delectum agit inter tauros quos seminando solo, quosque procreandae soboli desinet. at si ex multis daretur optio, quem sibi uellet, eligeret, non deligeret. Ideoque semper ferè dicitur in eodem sensu, datur tibi, siue offertur optio, & datur tibi, siue offertur electio. Hinc **Delectus.** a. um. participium: & delectus. us. nomen. Valla libro quinto, capite 6.

**Elimino.** as. penultima correpta, extra limen eijcio, excludo. ἔλιδω. Actius, Egre deere, exi, effer te, elimina urbe. Varro in Serano, Occipitium Arino deo ostendo, ex oraculo elimina no mihi.

**Elimo.** as. pen. prod. (ἀπολείω) Vide in Delimo.

**Elinguis.** (ἐλγιστός, ἀφουός) qui sine lingua est. ἔλγιστός.

Item qui mutus est, & loqui non potest, etiam si linguam habeat. ἀφουός. Cicero pro Placco, Conuicit, & elinguem reddidit. Plin. in Epist. Idem prospeximus curiam, sed curiam trepidam, & elinguem: cum dicere quod uelles periculosum, quod nolles, miserum esset.

**Elinguo.** as. linguam extraho, seu lingua priuo. ἀπολείω. Plautus in Aulul. Si Hercle ego te non elinguantam dederis usque ab radicibus, Impero, authorque sum, ut me cuius casstrandum loees.

**Eliquo.** as. pen. cor. Vide in dictione Liquo.

**Elixo.** as. aqua coquo. ἔλιδω, ἔλιδω. L. Valla, Quod in prandio carnes quasdam parum elixasset.

**Elixum.** (ἐλιδω) dicitur aqua coctum, quod lix, ignis, cinis appellatur. Nam cinere ollae supposito coqui solent carnes, non assandae. Varro autem per translationem Calceos elixos scribit quasi madefactos, ut est caro quae elixatur.

**Ellum.** aduerbium apud Comicos demonstrantis est, inquit Donatus, pro ecce illum.

**Ellychnium.** (ἐλκύνιον, ἑρπυλλίον) dicitur funiculus ille papyraceus, seu sparteus, canabinus uel, aut stupeus, qui stans in oleo peruritur: quem & thryallida, & phlomon quoque Graeci appellant. Plinius, Et è medulla eius elegantium lucernarum ellychnia fiunt.

**Ellöbia.** (ἐλλόβια) genus inaurium (inquit Iul. Pollux) à fibris aurium, quas Graeci ἑλλόβια uocant.

**Elogium.** (ἐλογίον) testificatio de aliquo honoris uel uituperationis causa. Vituperationis, Quint. Non est iudices, quod putetis ideo nullum adiectum ad exheredationem iuuenis elogium, quia de scelere constaret. Honoris, Cicero in Catone, Quanta in Attilio Calatino in quem illud elogium unicum

complurimae consentiunt gentes, Populi primarium fuisse uerum. Seneca, Decessit negotiator, testamento omnium bonorum suorum reliquit formosam uxorem heredem, & adiecit elogium, Quia pudicam comperi. Et aliquando simplex testificatio sententiae. Cicero, Solonis quidem sapientis elogiū est, quo se negat uelle suam mortem dolere amicorum, & laechrymis uacare. Dicitur etiam elogiū, sicut epitaphium, & epitaphius.

**Elöcütio.** (ἐλκύνω) quae ab elocutum supino fit: est idoneorum uerborum ac sententiarum adinventionem ac commodatio.

**Elongo.** as. (ἀπέστημι) longe facio, remoueo: ut, Elongasti à me amicum & proximum. Aliquando protraho, differo. Plin. Quo maxime tempore dies elongatur.

**Elöps.** (ἐλόψ) piscis apud antiquos nobilissimus habitus, unus squamis ad os uersis, à nonnullis accipenser dictus. Plinius libro 9. cap. 17.

**Elöquentiä.** (ἐλόγιον) dictio ex omni parte perfecta, totum Rhetoricæ corpus continens. Teren. in Eun. Dixi ne ego in hoc esse uobis Atticam eloquentiam?

**Elöquium.** (ἐλόγιον) modò sermonem, modò faciundiam, modò elogium significat. Plautus, Dulci ac blando eloquio, amicum solatus. Apul. Platonis eloquio monitus, non nobis solis nos natos esse.

**Elöquör.** pen. cor. significat sicut suum simplex Loquor. ἀποφάσσω, ἀποφάσσω. Quintilianus, Eloquor cum omnia quam mente conceperim promo atque ad audientes profero. Vergilius, Eloquar an sileam? Plautus in Amphitryone, Res quae ut facta est eloquar: quasi aperte loquar. Aliquando eloqui, est dicere. (ἐλάττω) quod proprium est oratoris. Aliquo eloquentes, (ἐλόγιον) dicitur qui in dicendi ratione perfecti sunt.

**Elötä.** (ἐλότια) seu Elotia, (ἐλότια) sua publica appellane mancipia famulitia Lacedaemonij. id est, publicos ministros, ut sunt apparitores, lictores. apud Thessalos Penestae.

**Elüceö.** ces. lucidum esse: & per translationem manifestum & apparens. Cicero 1. de Diuinat. Ut illa tertia pars rationis et mentis eluceat. Elucet animi excellentia in despiciendis opibus. Cicero 1. Offi.

**Elücescère.** significat ualde lucidum fieri. παρακαίω. Hieronymus, Quod ut elarius elucescat, sumamus exemplum ab his corporalibus sensibus.

**Elücifico.** as. luce priuo. ἑλκύνω. quamuis Nonius interpretatur lucidare. Laberius, Volo elucificare exitum aetatis meae. Inducitur enim diues avarus, opinionem filij deplorans, qui ait, uelle se Democriti exemplo luminibus oculorum priuari, ne uideat filium luxu patrimonium prodigam gentem.

**Elücubrör.** aris, elaboro, excudo. Cic. ad Att. Epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi.

**Elücum.** pen. prod. languidum, uel hallucinatorem, aut nugarum amatorem, siue halonem. hoc est, hesterno uino languentem uocant.

**Elüdo.** is. pen. prod. manifeste seu perfecte derideo, decipio. ἑλκύνω. Cice. 4. Acad. Sed uos ab illo irridemini, & ipsi illum uicissim eluditis. Est & ludo finem dare. Teren. in Eun. Eludet ubi te uictum senserit.

**Elümbüs.** & Elumbis, (ἐλκύνω) qui euulsum habet lumbum, uel qui praelumbi debilitate sese erigere non potest.

**Elüo.** is. elui, elutum. significat lauo, seu lauando exhaurio, extra purgo. (ἐκπύω) Colum. libro 1. Quod etiam uenenatū liquoris eluit perniciem. Idem, Villica debet curam adhibere, ut si quae feces, aut amurcae in fundis uasorum subsederint, semel, statim emudentur, & non calidissima lixiua: ne uasaceram remittant, semel atque iterum eluentur. Lactan. libro 1. Quanto satius est mentem potius eluere, quae malis cupiditatibus sordidatur. At eluare est gula inseruire, seu luxuriosius

riose effundere. *λαφύσθρ*. Cice. pro. Sex. Quid tu meo periculo gurgis ac uorago patrimonij eluabare.  
*Ἐλίσκαρε*, est luscum facere. (*ἐλίσκαρε τὸ δὲ ὄψις*) Apud Iureconsultos ad legem Aquiliam scribitur, Aquilia eum teneri, qui eluscauerit discipulum in disciplina.  
*Elucia*. orum, auraria metalla uocantur. Plin. lib. 34. cap. 16.  
*Eluto*. as. (*ἐλύω, ἐλύω*) exprimo, extramitto, foras aquam colo, seu quid simile ex luto aut alia re facta. Vergilius libro secundo Georg. Aqua elutabitur omnis. id est, exprimetur. Sed hoc loco Virgilij elutabitur legendum.  
*Eluatio*. as. de uase in uas transfero. (*ἐλάω*) Dicitur et transfero, sed rarius. Fortè à lura, quæ os culei est. Vnde lurcones, capacis gula homines. Plin. lib. 14. cap. 17. Sufferue factis decies, mox elutriatis, atq; ita inueteratis.  
*Eluities*, (*ἐλαττις*) spurcicia, et cloacalis seculentia. Vis de in dictione Alluo. is.

B A N T E M.

*Emaciat*. a. um. (*ἐμακιάω, ἐμακιάω*) *Emacio*. as. quod est macrum facio. Columel. libro secundo, de Medica herba: Deinde quater, interdum etiam sexies demetit, quod agrum stercoreat, quod omne emaciatum ex ea pinguescit, ægrotanti pecori remedium est, quod iugerum eius toto anno tribus equis abunde sufficit.  
*Emancipatio*. as. (*ἐμανκίω*) pen. cor. manumitto, libero. Vnde emancipati. (*ἐμανκίω*) qui duobus modis intelliguntur: aut hi qui ex patris iure excefferunt, aut hi qui aliorum sunt domini. Aliquando emancipatus, idem est quod dediticius, et ueluti in mancipium adscriptus. Cic. in Cat. Ita senectus nimis honesta est, si seipsam defendit, si ius suum retinet, si nemini emancipata est, si usq; ad ultimū spiritum dominatur in suos Apul. libro decimo. Et assumpto statim nequissimo, et ad omne facinus emancipato quodam dotali seruulo, perfidie sue consilia communicat. Qui emancipat, dicitur emancipator.

*Emancipare* agrum, est alienare: è mancipio, id est, dominio, et possessione sua emitte, et alteri possidendum tradere. *Emancupo* me tibi. id est, tua potestate me trado. Plau. Bacc. Nunc mulier tibi me emancupo, tuus sum, tibi do operam. Breuiter, Mancipare est in seruitutem capere, emancipare uero in ius suum exire: uel (ut Sextus tradit) aut ex iure patris exire, aut aliorum fieri dominum.

*Emanco*, extramanco, à quo emansor.  
*Emano*. as. (*ἐμανω, ἐμανω*) pen. prod. extra manere, exire, produci atq; emitti. Colum. lib. 5. Et sale cum adipe defricatur, dum saniei uis emanat. Plin. lib. 20. cap. 6. Et in angulo oculi perpetim humor emanans. Idem lib. 23. cap. 3. Vitilis et sanie emanantibus. id est, emittentibus, siue expurantibus.

*Emanare* res aliqua dicitur, cum rescitur, et spargitur in uulgus. Liui. Periculum erat, ne uera eo ipso quod celarentur, sua sponte magis emanarent. Cice. Att. 2. Scripsi equidem olim ei iratus, quod ille prior scripserat, sed ita cōpresseram, ut nunquam emanaturam. Idem de Legi. Sed quod metuat, ne emanet, id est, ne malum habeat. Et in Verr. 2. Quæ fama non idcirco solum emanarat. *Emanare* in, uel ad uulgus. (*ἐμανω, ἐμανω*) Cicero, Ego etiam si omnia, quæ dicenda sunt, libere dixerō, nequaquam tamen similiter oratio mea exire atq; in uulgus emanare poterit. Liuius, Multis enim emanabat indicijs, neq; fratrem Volsci, ex quo semel fuerit ager, unquam non modo uisum publico, sed ne assurrexisse quidem ex morbo.

*Emansor*, dicitur qui diu uagatus, ad castra regreditur: sicut defertor, qui per tempus longum uagatus reduciitur. *Erroneus*, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa uagatur, et temporibus in res nugatorias consumptis serius ad domum redit.

*Emarcium*, genus uuae à Galliarum incolis sic dictæ, teste Col. libro tertio, capite secundo.

*Emargino*. nas. pen. cor. significat crustas et puluillos, et matagines ulcerum adimo. Plin. lib. 28. cap. 9. Item equarū, præterquam uirginum, erodit, emarginat, ulcerat.

*Emasculo*. as. castro, et uirilitatē depono. (*ἐμασκίω*) Seruius ait apud quosdam populos sacerdotes solitos se quibusdam herbis emasculare, ut Venerem arcerent, et coire non possent. Item est puerum stuprare, ut apud Apuleium.

*Emax*, gen. communis, qui uel quæ facile inclinatur ad emendum. (*ἐμακίω*) Cato de re Rust. cap. 2. Patremfamilias uenadacem, non emacem esse oportet. Cic. in Parad. Non esse cupidum pecunie, non esse emacem, uectigal est. Hinc emacitas, (*ἐμακίω*) facilitas et inclinatio uoluntaria emendi. Columel. libro quinto. Quosdam emacitas in armentis, quosdam exercet in comparandis mancipijs cura: de tuendis nulla cura tangit.

*Embammata*. atis. (*ἐμβαμμάω*) condimentum, quod ad condiendā obsonia fit. Colu. lib. 12. cap. 55. Hoc sinapi ad embammata, non solum idoneo, sed etiam specioso ueris. Quidam embammata intelligunt immersiones, quando intingimus uel panem uel obsoniū in uasculis repletis re liquida: à Græco (*ἐμβαμμάω*) fieri uidetur, quod est immergere, intingere. Vnde et Latine intinctus, hoc est, liquores sapidissimi, uulgus sapes appellat gula profus irritamenta. Alexander ab Alexandro libro quinto, capite 9.

*Embata* naues. Plin. lib. 19. Quædam enim naues onerariæ, quædam (ut ipsi dicunt) embata sunt. Est autem uulgarè uerbum, aut nauticum, quod ad hanc significationem attinet à uerbo (*ἐμβαμμάω*) deductum, quod conscendo nauem significat. Vnde Bud. in Annot.

*Emblemata*, (*ἐμβλήματα*) sunt opera, quæ ex tessellulis structa sunt, quales sunt muscatum in parietibus seu pauimentis, et tarsatum in lignis. (*ἐμβλήματα*) quod est intersero. Emblematum quædam dicuntur uermiculata siue muscata, ut quæ in parietibus fiunt, quædam segmentata quæ in lignis, et quædam tessellata quæ in pauimentis. Sed sepe confunduntur. Budæus in Annotationibus, Emblemata, inquit, uermiculatum opus significat, ex tessellis insititijs aptum atque confectum. Inde illud Ciceronis in Bruto de Marci Calidij oratione: Nullum nisi loco positum, et tanquam in uermiculato emblemate (ut ait Lucilius) structum uerbum uideres. Et in Oratore perfecto de collocatione uerborum loquens ex Lucilio, Quam lepide *λέξας* compositæ, ut tessellæ omnes, arte, pauimento atque emblemate uermiculato, *λέξας* inquit, id est, dictiones, in oratione tam lepide compositæ, quam in pauimentis uermiculato opere factis tessellæ. De quibus Plinius libro 35. Intersaso, inquit, marmore uermiculatisq; ad effigies rerum et animalium crustis. Huiusmodi hodie uisitur in Italia, in æde Senensi pulcherrimum opus. Emblemata etiam in uasis argenteis aureisq; et Corinthijs ornamenta erant apud antiquos exemptilia, cum libitum erat, cuiusmodi etas ista non nouit, ut arbitror. Id autem ex Marco Tullio intelligi facile potest in Verrem Actione quinta, in qua Verrem Sicilia prætorem criminosè refert, Haluntinos uasa omnia quæ tum apud Haluntinū erant in unum acruum conferre coegisse. quo facto Verrem ex omnibus uasculis emblemata. id est, preciosissimam partem, reuellisse ita, ut Haluntini domum pura nudaq; uasa referrent. id est, emblematis absteris, et toreumata, id est calaturæ: et emblemata apud Verrem remanent impudentissimo latrocinio: propter quod factum Verrem per paronomasiam euerriculum appellat. Verba Ciceronis hæc sunt, Vasa autem ad Verrem deferuntur, Cybiratæ fratres uocantur, pauca improbant, quæ probarent, istæ crustæ aut emblemata detrahebantur. Sic Haluntini excussis delicijs cum argento puro domum reuertuntur. Quod unquam iudices huiusmodi euerriculum in illa prouincia fuit? Et paulopost, Tū illa ex thuribulis et

patellis quæ uellerat, ita scite in aureis poculis illigabat, ita apte in scyphis aureis includebat, ut ea ad illam rem nata esse diceret. Quod uero emblema, insertum quid & insitum significat iniunctumque, ideo factum est, ut emblema pro ornatu temporario & exemptili ponatur. Inde illud Fabianum lib. 1. Institutionis oratoriae, de locis communibus loquentis: Hoc, inquit, adeo manifestum est ad forenses actiones pertinere, ut quidam nec ignobiles in officijs ciuilibus, scriptos eos, memoriaeque diligentissime mandatos in promptu habuerint, ut quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his uelut emblematis exornarentur.

Embolon. ἐμβολῶν. id est, ab ἐν, & ἰαίο. (Vnde embolonia mulier dicitur) quasi argumentum & ingressus quidam scenicus, quale sub Domitiano representatum est, si Martialis credimus. Iunctam Pasiphaën Dictæo credite, tauro Vidimus, accepit fabula prisca fidem. Cicero ad Att. Embolium nouum cogito. Idem pro Sexto, Ex te igitur Scæure potissimum quaero, qui ludos apparatus magnificissimosque fecisti, cur ille ipse, maxime ludis, non solum spectator, sed actor & acroama: qui omnia sororis embolia nouit, qui in cœtu mulierum pro psalteria adducitur, nec tuos ludos aspexit in illo ardenti tribunatu suo. Ergo saltatores & psalterias in trodudi solitas in scenam Polybius Athenæusque testantur, & alia ridiculorum genera: idque a Lucio maxime Antio factum fuisse ludis, capto cum liberis Illyriorum rege Gentio. Dicitur & stabilitas ipsa embolon. & rostra quoque nauium eodem nomine dicuntur. Sed & acies in rhombi modo instructa, nominatur embolæ, (ἐμβολῆ) sicut & pars arietis extrema machinae muralis qua ingruit. Ipsa quoque sibula rotarum axis firmandis immitti solita, quam rustici clauiculam appellant, Græcè nomen habet embolium.

Embolismus. ἐμβολισμὸς. dicitur intercalatio. ἐμβολισμὸς. atque etiam ἐμβολισμὸς. Latine intercalaris & institutus dicitur. Intercalare enim interfere est, si Macrobio credimus. Mensis Februarius intercalaris ob hoc dicitur, quod ei unus dies interferitur.

Embryon. (ἐμβρυον) accipitur pro eo quod in utero matris uiuit, ante quam liniamenta sua speciei accipiat partus imperfectus. atque (ut Suidas scribit) ἐμβρυον ἔστι τὸ ἐν τῷ κοιλίῳ. Ex ἰσθμῷ & βρῦον γερμῖνο.

Emédullo. lat. per duplex ll. (ἐμὲδύλλο) Vide in Medulla.

Eméndico. cas. pen. prod. significat more mendicantium expecto. ἐμὲνδικο. οὐκ ἔστι, ἰπταρίω. Sueton. in Casare, In Hispania a proconsule & a socijs pecunias accepit, emendicatas in auxilium eris alieni.

Emendo. at. ἰπταρίω. corrigo, aufero: & ab menda d. ducitur. Plini. lib. 24. Succus hederæ tædia narium graueolentiamque emendat, præcipue albæ satiuæ. Cicero ad Atti. libro secundado. Ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendam & edam.

Emergo. is. emerfi, emersum. (ἐμὲρσο, ἐμὲρσο, ἐμὲρσο) Vide in Mergo.

Emeréo. res. emerui, & emeritus sum. idem quod merere significat. Plau. Aulu Quid ego emerui adolescens mali, Quam obrem ita faceres?

Emeréor. reris. emeritus, idem quod mereor, (ἐμὲρσο, ἐμὲρσο, ἐμὲρσο) Emereri gratiam, (ἐμὲρσο, ἐμὲρσο, ἐμὲρσο) Lactantius libro 4. Etenim cum constet homo ex carne & spiritu, oportet at spiritum iustitiæ operibus emereri, ut fiat æternus. Vnde emeriti milites, qui militia perfuncti, ab eaque absoluti uacationem iam habent, nominantur. (οἱ κἀσας τὰς νομίμους στρατίας τετελεχότες, ἐμὲρσο, ἐμὲρσο, ἐμὲρσο) Emerita arma. id est, uictoria, & finem belli imponentia. Emeritum stipendium, passiuè dicitur (inquit Budeus) quod peractum est, cum iam milites missionem ut ueterani impetrauerunt. Emeritos boues

Vergilius per translationem appellat, pro defessis, & opere ac labore solutis. Emeriti senes, uocantur qui solent habere alios, qui pro se laborent: ij dicuntur pro alio opus agere. Valeria. lib. 5. Emerita opes, Plin. lib. 11. cap. 11. Sunt autem fuci sine aculeo imperfectæ apes, nouissimaque a fessis & iam emeritis inchoatæ. Emeriti anni, id est, iam effecti. Martial. libro septimo. Emeritos Musis & Phæbo tradidit annos. Emerita pro commodis. Modestinus, Et ut ueteranus accipietur, & emerita accipiet.

Emerior. tiris. emisus sum. idem quod metiri significat. Liuius per translationem, Et inde una nocte ignaris hostibus, & ob id quietis aliquantum emensus est iter. Plin. libro 18. cap. 28. Sol ardua emensus, ab eo meta incipit stecti.

Emeto. tis. pen. cor. emessui. Vide Meto.

Emico. as. pen. cor. Vide Mico.

Emigro. as. pen. prod. Vide Migro.

Eminéo. nes. pen. cor. nui. quasi extra alios. hoc est, præ alijs maneo. is enim eminere dicitur, qui cæteris altior est (προκρίνω, ἐμινέω, ἐμινέω.) Plaut. Capt. Eunt obuiam, gratulanturque eam rem, ita me miserum Resistendo, retinendoque lassum rediderunt: uix iam miser Ex gratulando eminebam. id est, (ut Pylades exponit) pedibus constabam, uel uideri poteram ita me pene sepultum detinebant. Alij pro respirare hoc in loco (ἐμινέω, ἐμινέω) exponunt. Plinius lib. 16. cap. 31. Esculus quantum corpore eminet, tantum radice descendit. Cæsar Bell. ciui. lib. 2. Ita ut capita tignonum extrema parietum structura tegerentur, ne quid emineret ubi ignis hostium adhaeresceret. Et cum præpositione ex. Cic. Tusc. 1. Globus terræ eminent è mari. Idem libro quinto. Ego autem cum omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Sagragianar magna frequentia sepulchrorum) animaduerti columellam non multum è dumis eminentem, in qua inerat sphaera figurata, & cylindri. Cum extra præpositione. Plin. lib. 17. cap. 21. Et in fico quidem dodrantes paxilli solo patefacto feruntur sic, ut descendat quæ proxima arbori fuerit, duo oculi extra terram emineant. Et cum per. Liui. Eminent seruum per costas. Per translationem, Cicero in Verr. Toto ex ore crudelitas eminebat. Et pro Cluent. Illi, quorum eminet audacia atque proiecta est à consilijs malitiæ, deseruntur. Et Tusc. 1. Amplitudo animi maxime emmet contemendis doloribus. Sic eminere aliquis dicitur, qui cæteris antecelal. Cice. in Orat. In quo tantum abest, ut nostra miremur, ut usque èd difficiles, ac morosi simus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes: qui quanquam unus eminet inter omnes in omni genere dicendi, tamen non semper implet aures meas, ita sunt audax, & capaces, & semper aliquid immensum infinitumque desiderant. Liuius ab Vrbe primo. Nec dum à figuris, qui a nemo magnopere eminebat ijs in nouo populo, perueniant factiones. Ex his omnibus satis opinor, apparet eminere de omnibus siue personis, siue rebus dici, quæ aliqua partem habent cæteris altiore, aut magis expositam, idque commode transferri posse ad quascunque res reliquis excellentiores. Vnde eminent nomen ex participio. Cæsar Bello Ciuili secundo. Has trabes paulo longiores atque eminentiores, quam extremi parietum erant, effecerunt. Colum. libro tertio, capite octauo. Sed & Meuania bos humilis, & Liguria nonnunquam taurus eminentis stature conspicitur. Cicero Tusc. 3. Eminens effigies uirtutis. Et eminentia. Cicero De Nat. 1. Nam si tantummodo ad cogitationem ualent, nec habent ullam soliditatem, nec eminentiam: quid interest utrum de hippocentauris, an de Deo cogitemus? Idem Academic. libro 2. Quis est, quin cernat quanta uis sit in sensibus? Quam multa uident pictores in umbris & eminentia, quæ nos non uidemus? Huius uerbi composita sunt, præmineo, uel præmineo, quod est ante sto, præsum, quasi ante alios maneo. Promineo, porrigor. Supermineo.

Eminor.

**Eminor**, pen. cor. naris. idem quod minari. Plautus Cap. **Eminor**, interminorq; ne quis obliterit obuiam. Vnde eminatio uerbale. Idem, Dentilegos omnes mortales faciam, quem que offendero. Aeg. Quae illae eminatō est: an te quo mirari satis?

**Eminulus**, (ἐμινύλος) pen. cor. parum eminent, seu parum à longe. Var. libro secundo, capite quinto. Vt habeat inferiorē rem partem frequentibus pilis subcrispam, compactis cruribus, potius breuioribus quam longis, rectis genibus & eminulis, distantibus inter se. Idem de canibus, Spina neque emmula, neq; curua.

**Eminus**, (ἐμίνος) pen. cor. significat à longinquo loco, quasi ab extra manente. & differt à longè, quòd non recte dixeris, eminus habito, ut longe habito, sed eminus iacula mittebat. Similiter cominus. ἰσσοδύρ, ὁ ὑσαδύρ. à loco propinquo, non in loco propinquo, neq; propè: ut cominus te percussiam, non cominus sedeo. Valla in Rau.

**Emissarium**, (ἐμισσάριον) locus per quem aqua è lacu aut stagno emittitur. Sueton. in Claud. Fecit & emissarium Tucini lacus, portumq; Hostiensem.

**Emissarius**, (ἐμισσάριος) qui ante exercitum emittitur: uel ad explorandum (ἐπισκῆσις) uel ad praeliū laceffendum, (ἐπισκοπῆσις) uel qui dominum circumstat, ut eius iussu obtemperet, & praesto est, ut emitti possit. Item qui paratus est inuēhi in aliquem. Cicero Mario, Persuaseratq; nonnullis inuidis meis, in me emissarium semper fore. Item furtorū conciliator (sicut Ascon. docet) atq; internuncius, quae à magistratibus uel à dominis committuntur. Cice. in Verr. act. 1. Dubitaturum quēquam existimas, quin illis emissarijs haec tibi omnis pecunia quae sita sit? Et emissarius uocatur, equus, aries, & huiusmodi, qui emissus sit in solitudinem, uel qui ad generandam sobolem emittitur. Sed uidetur ratio uelle, ut dicatur admissarius, (ἀναβάριος) quod ad sobolem procreandam feminae adiungatur. Vnde admissura, (ἐξείρα) quando mares brutorum dimittuntur ad feminas. Sed usus magis emissarius habet. Plin. Emissarium appellat palmitem, qui emissus ex deputatione infertur imis scannis, ut per singulos annos ad superiora scandat. Sic enim libro 17. cap. 23. scribit, Relicto semper duramento in singulis tabulatis, & emissario uno, qui subeat usq; quo placuerit.

**Emissarius**, adiectiuū, explorator, quasi ad perquirendum missus. Et oculi emissarij, extraeducti, qui huc & illuc aspiciunt, & ueluti sese ei aculantur. Plautus Aulul. Circumspectatrix cum oculis emissarijs.

**Emitto**, tis. emisi, emissum. ἐμίστω, ἐμίστω, ἐμίστω. extramitto: & emittitur, quod aliquo modo continebatur. Multiplex eius usus est. Cice. Atti. 4. His rebus actis Heretini me ad sua tempe duxerunt, ut agerem causam contra Interamnatē apud Coss. & decem legatos, quòd lacus Velinus à M. Curio emissus, qui interciso monte in Nar defluit, ex quo est illa siccata, sed humida quandoque modice defluit in Cumanum. Plau. Merc. Gradus grandit, emittit oculos, circumfert se, obstitat uerticem. Cicero ad Herem. 4. Quod si nunc haec urbs inuidiosissima uocem emittat, non hoc pacto loquatur? Idem de Diu. libro 1. Si autem nubium conflictu ardor expressus se emisit, id esse fulmen. Sic etiam emittit arcu sagittas aut tela. Plin. lib. 9. cap. 8. De Delphinis: Nam cum fame confici fugientem in uada ima persecuti piscem, diuini spiritum continere, ut arcu emissi ad respirandum emicant: tantq; ui exiliunt, ut plerunq; uela nauium transuolent. Idem lib. 10. cap. 13. De hirundinibus: Notabili munditia egerunt excrementa pullorum, adultioresq; circummagi docent, & foris saturitatem emittere. id est, uentrem purgare. Et libro 11. capite 24. de araneis: Pariunt autem oua ea in telas & sparsa, quia saliant, atq; ita emittunt. Et libro uigesimo quinto, capite quinto. Quippe alia dare soliti, quae concitarent uomi-

tionem, ipsumq; elleborum extraherent medicamentis, aut clysteribus, saepe etiam sanguine uenis emissio. Admittit quoque & praepositiones. Cic. in Verr. Quaro, cur hunc eundem repente de carcere emitti iusserit. Idem pro Plan. Emissus aliquis è carcere. Et Att. 2. Emittat ad me Publius, qui obsignent. Cas. Bell. ciu. 1. Emitunt noctu per uallum. Lilius. Primos equites clamore sublato in hostem emisit. Emittere manu aliquem, pro manumittere, & in libertatem asserere. (ἀναβαί) Plautus Capt. Non erit tam auarus, quin te gratis emittat manu. Terentius Adelph. Haud dubium est, quin emitti aequum fiet. id est, liberū fieri. Ponitur etiam aliquando pro manifestare, edere. (ἀναδύομαι.) Cicero Fam. libro 7. Epi. ult. Vt etiam si quando aliquid dignum nostro nomine emisimus, ingemiscamus.

**Emmellia**, (ἐμμέλια) est quoddam genus saltationis pacatum, de qua uide Budaeum in pandectis.

**Emo**, emis, emi, emptum. (ἐμῶμαι, ἀποβάσσω) pecunijs, uel gratia aut praemio, uel alio quouis modo aliquid mihi comparo: construaturq; cum ablatiuo uel genitiuo horum nominum, tanti, quanti, pluris, minoris, & huiusmodi. Cicero libro 1. Offici. Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius uoluit. Gell. Libros plurimos aere pauco emi. Eius composita sunt, abemo, adimo, coëmo, simul emo, uel ex omnibus locis emo: eximo, interimo, perimo, & redimo. quae habent penultimā correptam.

Vnde etiam **Empitare**, de quo mox. & empitare apud Plautum Cas. Non ego istud uerbum empitum ciuilitio. Et empturire, quod est cupere emere. Var. in Proxam. libro secundo. Propere quòd te empturientē in campos mactos adducunt crebro pedes.

**Emolumentum**, (ἐμολύμα, ἐμολύμα) utilitas quam ex opera & labore assequimur: & à molimine descendit. Cicero libro tertio Offici. Si sic erimus affecti, ut propter suum quisq; emolumentum spoliēt, aut uiolet alterum, dirumpi necesse est eam, quae maxime secundum naturam humani generis est, societatem. Nulla enim in re, nisi in hominibus, in bono.

**Emortualis dies**, (ἐμὸρτιμῆς) dicitur, in quo quis mortuus est sicut natalis, in quo quis natus est. Plautus: Certum est mihi hunc emortuale facere ex natali die.

**Emphasis**, (ἐμφασις) pen. cor. expressio, significatio, demonstratio. figura est, qua latens aliquid ex aliquo dicto eruitur. Cuius duo sunt genera, alterum, quod plus significat quam dicitur: Alterum, quod etiam id quod non dicitur, uel quod maius dicitur, sub quo etiam minus uolumus intelligere. Vergi. lib. 1. Georg. Cum iam glandes atq; arbuta sacrae Desiderent syluae. hoc est non solum aliae, sed etiam sacrae.

**Emphyteosis**, (ἐμψυτεύσις) Latine melioratio: quia ab initio sterilia tantum per hunc contractum concedebantur, ut is qui acciperet rem, in meliorem statum reduceret. Hinc emphyteota.

**Emphōnos**, (ἐμψῶνος) pen. prod. Latine canorus, uocalis. **Emphraētia**, (ἐμψραῖα). nauigia tecta, à urbo Graeco ἐμψραῖα obturo. E diuerso ephraētia, (ἐψραῖα) aperta in tecta, quae nauigia, apud Iureconsult. Titul. de exercit. act. Quaedam naues onerariae, quaedam emphraētia.

**Empiricus**, experimentator, ab ἐμψραῖα quod est experimentum. ἐμψραῖα, expertus. ἐμψραῖα, pars medicinae, quae per experientiam curat. Diuidunt enim medicinam in empiricam, logicam, & methodicam. Plin. lib. 29. cap. 11. Alia factio ab experientis se cognominans, empirice, cepit in Sicilia. Apollinaria ad Remigium: Ad hoc opportunitas in exemplis, fides in testimonijs, proprietates in empiricis, urbanitas in figuris, uirtus in argumentis, pondus in sensibus, flumen in uerbis, fulmen in clausulis.

**Emplastratio**, (ἐμψλαστρις) in arboribus dicitur, cum cortex eximitur inoculationis gratia, ut aptari queat cortex par ex altera arbore. Colum. lib. 6. Tertium genus, quo ipsas gem-

mas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam uocant agricola emplastrationem, uel (ut quidam) in oculationem. Idem usurpauit emplastraturus, cum ait: De librato item alteram arborem, quam emplastraturus es. Emplastrum, (ἔμπλαστρον) Latine fectū, uel infirma tum: ex ἔμψω, uel ἔμψω, singo, seu formo. Vnde ex diuersis rebus confingi & formari conueuit, quod nunc uulgò unguentum dicitur. Id uerò quod uulgò emplastrum dicitur, à doctis uocatur cataplasma. Plin. libro uicesimo primo, capite quarto. Imponuntur emplastra uulneribus, malagmata super integram cutem iniiciuntur: pastilli autē illinuntur, aut alicui molliori ceratō ue miscentur. Sunt & alia horum inter se discrimina.

Emporeica charta, (ἔμπορεϊκὸν χαρτὸν) dicta est, qua merces in uoluntur à mercatoribus, inuictis in scribendo.

Emporium, (ἔμποριον) locus mercatus & nundinarum. Latine dicitur emporium, ubi res uenales exponuntur: ab ἔμπορος, lucror, negotior. Plaut. in Amph. Apud emporium, atq; in macello, in palaestra, atq; in foro.

Emporos, (ἔμπορος) mercator.

Emporeia mā. atis. (ἔμπορεϊα) negotiatio.

Emporisthōtōnis, (ἔμποροθότωνος) Vide in dictione Tetanici.

Empitiūs, qui est de numero eorum qui empti sunt, siue emi solent ἀμπιός. Varro lib. 3. De re Rust. Hic aprum glans cum pascit emptitia, facit pinguem: illic gratuita exitem.

Empitio. tas. (ἀμπιτία) pen. cor. frequenter emo, uel frequenter mercandi seu acquirendi usum habeo. Plin. lib. 31. Alios corijs, alios ferro captiuisq; rebus emptitasse tradit. Colu. lib. 8. cap. 10. M. Terentius ternis sepe denarijs singulos emptitatos esse significat. Empitare quidam legunt apud Plautum in Cas. Non ego istud uerbum emptitem titiutilio.

Empitūre, cupere emere. Varro in Proem. libro secundo. Propterea quòd te empturientē in campos macros adducunt crebro pedes.

Emptionalis. le. qui frequens est in emptionibus & proscriptio nibus bonorum. Cal. ad Cice. Quod quidem si inter uos senes emptionales uenale proscripterit. Quo in loco antiquissima Exemplaria habent, concionales senes.

Empyicus, (ἔμπυκος) suppuratus, cui uomica & pus circa pectus & præcordia abundat.

Empyrium, (ἔμπυριον) Latine igneum, à πῦρ quod est ignis. Vnde cælum empyrium.

Emunctorium, instrumentum ad emungendum.

Emungo. gis. emunxi, emunctū, (ἀπομύσσω) nares purgo, quod fit, cum pus ex eis detrahitur. Mungo enim est, quasi mucum ergo è naribus. Mucus uero est narium humiditas. Horatius per translationem de Lucilio, Emunctæ naris, (ἔμψυκτοῦ μύκτου) inquit, pro eleganti & faceto. Emungere lucernā dicimus, lychnum proferre. πρὸς μύκτου. Quandoq; etiam de pecunijs dicitur. Teren. Emunxi argento senem. id est, exhausti. Vnde emunctus, exhaustus, & pecunia denudatus. Plau. in Bacch. Miserum me auro esse emunctum.

Emunio. nis. niui. nium. idem quod munio.

Emusco. as. purgo, & muscum adimo. Colum. lib. 11. cap. 1.

Emussificatā. (ἔμψυκτοῦ) uide in Amussis.

Emutio. tis. tiui. tium. pen. prod. tanquam mutus signum facio, uel strepitum: quauoce utitur Plau. in Mercatore.

E A N T E N.

**E**N, (ἐν) significat ecce, & nominatio pariter & accusatio iungitur, uel indicando: ut, En Priamus. uel exprobrando, ut En agros, & quam bello Troiane petisti, & Hesperiam metire iacens. Oratores per nominatiuum frequentius. Cicero, En crimen.

Enanthropis, (ἐνανθρώπιος) incarnatio hominis dicitur.

Enargia, penultima producta, Græcè ἐναργία, Latine euidencia, siue representatio illustratioq; cum res ita describitur,

ut, ut cerni uideatur.

Encenia, (ἐγκένια) cum a diphthongo, innouatio. Aug. Encenia, festiuitas erit dedicationis templi. Græcè enim ἐγκένια dicitur nouum. Quandoq; enim nouum aliquid fuerit de dicatum, encenia uocatur.

Encanthis, (ἐγκάνθις) morbus oculorum, cum in ipsorum angulo tuberculum est, quod palpebras parum diduci patitur.

Encausiter, (ἐγκάυστης) qui igni adhibito aliquid fingit. ἔμψω λαίω, μ. λαύσω, ἔμψω ἔμψω. Vitruuius, Quod facere ab encausite didicerat. Encausite. ces. genus illud picturæ, quod adhibito igne fingitur. Apuleius: Encausitice oppidò exerceat, se & duos filios sustentabat.

Encausium, (ἐγκάυσιον) opus igni pictum. Plinius: Figulinum opus encausito pinxit. Latine dicitur inustum. Hoc genus picturæ primus Nicia in usu habuit. Hinc ortum ut uulgus atramentum librarium, appellare cepit encausium. Vide Hermol. in Castig.

Enchiridion, (ἐγκήριδιον) diminut. à manu dictum, quasi præceptorium, & quod ad manū semper haberi debeat, ceu in ense capulus: genus libelli parui, quod manuale Latini dicunt, quòd ἔμψω ἔμψω. id est, in manu contineri possit, quale est Enchiridion Augustini. Sed & gladiolum seu militarem pugniculum significat, & remi partem illam quā nauis manu comprehendunt, enchiridion uocari Iul. Pol. stradit.

Enchiro, animal orientis, ad magnitudinem tauri, simile aliis quantulum tauro, sed sunt in eo longi crines descendentes ad duas scapulas. Color est inter nigrum & rufum, ad nigredinem declinans: uox quasi tauri, & cornua multum ad intus inflexa, caret dentibus superioribus.

Enchoria, (ἐγκόρια) dicuntur regionales. Ut auium quaedam sunt enchoria, quaedam alienigena.

Enchrista, (ἐγκρίστα) apud Celsum medicamenta sunt liquida quæ illinuntur.

Encimibomata, uestes sunt puellares. Cato: Ut puellæ habent potius in uestitu chlamydas, encimibomata, & parnacidat, quàm togas.

Enclisis, (ἐγκλίσις) inclinatio, & unum de accidentibus uerbi, quod Latini modum dicunt. Hinc encliticum, inclinatium. Et encliticæ coniunctiones, q, ue, ne, quoniam inclinant ad se accentum.

Encolpæ, (ἐγκόλπαι) ut ait Aristot. uenti sunt, qui è mari ueniunt per sinus.

Encryphia, (ἐγκρύφια) dicuntur azyma subcineritia.

Encyclios, (ἐγκύκλιος) Latine dicitur orbis doctrinarum omnium. Vitru. libro quinto. Gratias agit parentibus, quòd se erudendum curauerint encyclio doctrinarum omnium disciplinæ. Seneca quoq; encyclias, liberales artes appellari testatur à Græcis.

Encyclopædian, (ἐγκυκλοπαιδικὰ) alij poesim heroicā appellant: alij musicen, quod musica omnes complectatur disciplinas, quod ostendit Plato libro primo De legibus dicens, Musicam sine uniuersa disciplina tractari non posse. Alij omnem artem atque scientiam in unum quasi corpus bene compactum, & membris pluribus constans confluentem, encyclopædiam dici uolunt, quasi doctrinarum orbem: ut Plutarchus, qui de Musica scribit, inquit, Non solum circa Musicā, uerum & circa aliam encyclopædiam, quòd mens nostra potentij intelligendi circulariter circa scibile, tanquam eiu: centrum moueatur.

Encyclias, (ἐγκύκλιος, ἐξωγενεῖς) Aristot. in Ethicis, commentationes intelligit, quas Gellius extrarias. hoc est, exoticas. Martianus cyclicas: cuiusmodi & Problematū sunt libri, & quæ populares à Cicerone, ac Themistio quæstiones appellantur, quod de rebus omnibus, tanquā in circulo passim quæreretur. Encyclias quoq; doctrinas Veteres dicebant, quasi orbiculares, quoniam connexæ & coagmentatæ sunt uti corpus

pus unum. Annuum etiam stipendium encyclium dicitur. quod in sua terga uoluitur annus. Alij exponunt pro pœna.

**Enclion**, (ἐγκλιον) Græci dicunt foetum, & habens uterum.

**Endelechia**, (ἐνδελχία) per d. ut Cicero lib. 1. Tusc. significat conuinationem, & perpetem quandam actum siue motionē, qualis in anima cognoscitur. Endelechinos, cōtinuata mobilitas. Endelechia, (ἐνδελχία) uero per t. significatur perfectio quædam, & cōsummatio. Et entezechus perfectus. Sciendum tamen (ut Hermolaus inquit) tantam inter d & t esse germanitatē, ut in plerisq; mutuo se impellat, elidantq;. Nam & atraphaxim uocamus herbam, quæ adraphaxis ab Hippocrate dicebatur: & entelechid Aristoteles pro endelechid usurpat. Politian. Miscel. cap. 1. Budæus De Assē lib. 1. & De contrariarum rerum formatione.

**Endēploro**, ras. pen. prod. imploro, quod est cum quæstione in clamo, & cum fletu rogo, quod est propriē uapulantis.

**Endiādys**, (ἐνδιὰδυσ) figura, cum duo diuersa nomina in unam conuenientiam iunguntur: ut apud Verg. Molemq; & montes in super altos. id est molem montium.

**Endōtium**, in iuu. endoplorato, pro implorato, endoprocinctu, pro in procinctu. Festus.

**Endōprocinctum**, Veteres dicebant, cum ex castris in pralium exitum est.

**Endromis**, midis. (ἐνδρόμις) uestis Gallica, hirsuta, & uilli longioris, nomen tantum Græcum sortita, quæ potissimum arcedo frigori conueniebat. Iuuenal. Endromidas Tyrias et sammeum ceroma. Martial. Hanc tibi Sequanicæ pinguem & texturicis alumnam, Quæ Lacedæmonium barbara nomen habet: Sordida, sed gelido non aspernanda Decembri Dona peregrinam mittimus endromida. Hanc athletæ post cursus certamina induere solebant. Dicta endromis, quod ἐνδρόμις, hoc est in cursu, eam habent propriē.

**Ennēaphthongōn** (ἐννέαφθονγον) chelym, apud Martialem legimus. id est, quæ habebat uoces nouem.

**Enērgia**, (ἐνέργεια) Latine efficacia seu operatio. Hieron. Habet nescio quid latentis energiæ uiuæ uocis actus. Componitur autem ex ἐν & ἐργάζομαι, quasi agilitas quædam sit & operatio interior, quæ est ueluti uia ac dux ad exteriorem corporis actum.

**Enērgificus**, efficax.

**Enēruo**, uas. quasi sine neruis facio, debilito. ἐννεύω. Cice. in Cat. Non planē eneruauit senectus, non afflixit. Lact. lib. 7. Hæc præsentia terræ bona uirtuti contraria sunt, & uigore mentis eneruant.

**Enēruus**, a. um. sicut eneruis, (ἐννεύω) quasi sine neruo. Vnde enerua saltatio apud Apuleium, quæ sinuosis flexibus, & corpore plicatili fit. Plini. in Paneg. Visum est spectaculum inde non enerue, nec flexum, nec quod animos uirorum moliret & frangeret.

**Enhydrys**, (ἐνυδρίς) coluber in aqua uiuens, unde nomen accipit, inquit, Plin. lib. 32. cap. 7.

**Enhydros**, (ἐνυδρος) lapillus absolutæ rotunditatis, & cum candore leuitatem habens.

**Enim**, (ἐν) causalis coniuñctio: ut, Cole pudicitiam, hæc enim hominem uindicat à scelere. Quandoq; est copulatiua. Vergilius: Progeniem, sed enim (ἀνὰ γὰρ) Troiano à sanguine duci Audierat. Quandoq; affirmatiua. Terentius: Enim nō sinam. Iuncta autem cum uerō, ponitur pro at, (ἀνὰ μὲν.) Cicero: Hic cum alijs ex alia parte enim uero ferendum astu. Sciendum quod enim uero in principio positū, significat certe. Cicero: Enim uero ferendum hoc non est. Postpositum autem indignanti accommodatur, & ferociter respondenti. Plautus: Trin. Eho tu is est? Ch. Is enim uero sum. Idem Persa: Ain' uero uerbereum caput? P. Aio enim uero. Aliquando sine indignatione, & inaffirmatione. Cic. Ille enim uero negat. Lilius, Tunc enim uero deorum ira admonuit.

**Enitēo**, tes. (ἐνιτέω) pen. cor. Vide in dictione Niteo.

**Enitor**, (ἐνιτέω) pen. cor. à quo enixus. Vide in dictione Nitor.

**Enixim**, (ἐνιτέω) aduerbium, pro enixē. uide Nitor.

**En nam**, (ἐν) significat etiam ne.

**Ennēaphōnōs** (ἐννέαφωνος) pen. prod. habens nouem uoces.

**Ennēaphyllōn**, (ἐννέαφυλλον) herba est, quæ longa folia nouena habet, causticæ naturæ. Imponitur lana circumdata, ne urat latus. continuo enim pustulas excitat, lumborum doloribus & coxendicum uilissima. Plin. lib. 27. cap. 9.

**Ennēas**, ados. (ἐννέα) nouem complectens.

**Enōdē**, pen. prod. planum, sine nodo. Vergil. Enodes trunci. Et per metaphoram enode etiam dicitur, quod sine difficultate est. Plin. in Epist. Recitabat ἐρωτησίων, eruditam sanē luculentamq; materiam (scriptæ legis erat) fluentibus, & teneris, & enodibus, sublimibus etiam, ut poposcit locus.

**Enōdo**, das. (ἐννόδο) quasi sine nodo facio. uide in Nodo.

**Enōrchis**, gemma, quæ diuisa fragmentis testium effigiem res præsentat.

**Enōrmē**, (ἐννομή) dicitur magnum, sine mensura, nimum, eo quod normam & mensuram excedat. Plin. in Epi. Omnis enim aduertit, quod eminet & extat: sed acri intentione dijudicandum est, immodicum sit, an grande, aut an enorme. Enormiter, aduerbium. Plin. lib. 37. cap. 6. Simili modo si ex alio colore in se admittat aliquid enormiter.

**Enōs**, uas. Latine uerus homo interpretatur. Neminem enim putant uerum esse hominē, præter eum qui uerum Deum & cognoscat, & pie colat. Alios uero nihil à pecoribus differre arbitrantur, quia uidelicet ueluti bestia ad terrā proni, uentri, & Veneri obediunt. Propriē uero Enos (si uerbum de uerbo Latine exprimas) obliuiscenstem denotare uidetur, quælis natura rationalis corpori alligata efficitur. Quod enim uere incorporeum, diuinum, rationaleq; est, non solum transacta recordatur, sed etiam futurorum, propter sublimitatem speculationis, habet cognitionem. Quod autem carni cōiunctum est, quodq; magno corporis pondere premitur, ignorantia obliuioneq; inuolutum, recte Iudæorum sermo Enos. id est obliuiscenstem appellauit.

**Ensis**, (ἐνσ) & entia, (τὰ ἔντα) à uerbo sum deducta, à philocephis usurpata.

**Ensis**, (ἐνσ) gladius, mucro, spata, est autem generis masculini, ut Rigidus ensis, Verg. Funestus ensis, Cicero. Ab ensis fit diminutiuum ensiculus, (ἐνσικουλον) Plautus in Rud. In ensiculo literarum quid est?

**Entēriōnē**, pen. prod. (ἐντέριον) medulla.

**Entērocelā**, (ἐντεροκέλη) dicitur cum intestina dilabuntur in scrotum. Epiplocele, (ἐπιπλοκέλη) cum omentum. Hydrocele, (ὕδρονκέλη) cum in alterum è testibus humor confluit.

Omnesq; has species, nostri uocant hernias, inquit, Celsus. Ramices uero qui sequuntur, porocela (ποροκέλη) cum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit. Sarcocela, (σαρκονέλη) cum in ipso scroto concreuit caro. Cirsocela, (κύρσονέλη) cum uena intumuerunt, tumicis testium integris, uel in ipso scroto, uel (cum bubonocela dicitur) in inguine. Est tamen ubi Plinius enterocelam dixerit ramicem, ut in medicinis cupressi. Enterocelicus, qui enterocela laborat. Plin. Enterocelicis datur ex aqua, & illinitur uesticæ uirgæ.

**Enteron**, (ἐντέρον) Latine intestinum. Hinc quidam exenterare, (ἐξεντέρειν) pro euiscerare, & intestina deerrare, deduci putant. Vide suo loco.

**Enthēcā**, (ἐνθέκη) accipitur pro gazæ repositoio.

**Enthēōn**, (ἐνθέον) medicamentum, à præstantia remedij dictū.

**Enthēsis**, (ἐνθέσις) pen. cor. Latine interpositio.

**Enthēus**, a. um. (ἐνθέω) diuinum, quasi deo plenum, & furore afflatum. Vnde enthei Pythionici, qui Apollinis spiritu repleti præbebant oracula.

nam: Arid' uirg' stipulid' martalia randa. sollicitum.

nam: tam' uir' amor, quid' enim motus adit' amor. Virg. Ec. 2



berius uiuendi fuit potestas. id est, quostquam excessit ex ea etate, qua pubem primo emisit.

**Ephedion**, (ἐφεδίων) apud quosdam herba est, quam equisetum uocant: à similitudine setae equinae. est enim pus terra. Hac cursorum lienes extinguit, sicili nouo decocta. Plini. libr. 18. capite 28.

**Ephēgētis**, pen. prod. (ἐφεγέτης) Latine expositio prioris dicti. Epexegetis melius dicitur. ἐπεξεγέτης.

**Ephēlis**, (ἐφελίς) pen. prod. est aspreudo quaedam cutis, mali odoris, in facie.

**Ephēmerinos**, (ἐφήμερος) febris unius diei. Amphemerinos uerò quotidiana est, & ex humoribus corruptis, praesertim pituita coalescit.

**Ephēmeris**, (ἐφήμερος) pen. cor. liber in quo res gestae per singulos dies scribuntur. Latine acta diurna, & diarium dicitur: ab ἐπι & ἡμέρα dies. Mos fuit Romanis, ut singuli rerum suarum tabulam conficerent, unde Iuuenalis accipit pro libro in quo diurnales diuinationes erant, cum ait: In cuius manibus, ceu pinguis succina tritas Cernis ephemeridas. Propertius uero pro libro sceneratoris, in quo summas pecuniae mutatiuae sceneratae perscribit, & ratiunculam per singulos dies expensis acceptisq; subducit, & lucra damnaq; computat. dicit enim, Me miserum, his aliquis rationem scribit auari, Et ponit duras inter ephemeridas. Calendarium à Seneca dicitur.

**Ephēmeron**, (ἐφήμερον) animal ortum apud Hippanim fluium, apud Bosphorum. Aristote. libro 5. Animal. Est etiam ephemeron genus herbae, folia habens lilij, sed minora: caulem parem, florem caeruleum, semen superuacuum. Plinius libro 25. capite 13.

**Ephēstius**, (ἐφῆστιος) Latine domesticus, familiaris dicitur.

**Ephēstis**, is. ἐφῆστις. à Graecis dicitur uestis quae armatis suis perinduitur. (sacris literis.)

**Ephi**, (ἔφι) est mensura trium modiorum, de qua fit mentio in **Ephialtes**, (ἐφιάλτης) à nostris dicitur incubus.

**Ephippia**, (ἐφίππια, ἄνω & ἔπι & ἵππος) proprie tegmina seu stragula, quibus equi sternuntur: uel sella equis ad insidendum imposita. Cato: Mihi pueri modica fuit una tunica, & toga sine fascijs calcementi, equus sine ephippio. Horatius, Optat ephippia bos piger, optat arare caballus. Hinc equites ephippiati, qui ephippia habent in equis. Caesar: Non eorum moribus turpius aut inertius habetur, quam ephippijs uiti itaq; ad quemuis numerum ephippiatorum, quamuis pauci, audire audent. Equi ephippiarij, quibus sella imponuntur, propter molliorem uecturam. uide in dictione Strata.

**Ephod**, ἐφὸδ' dicitio Hebraea, qua significatur superhumeralis pontificis uestimentum.

**Ephodius**, siue ephodion, (ἐφὸδιον) iuaticum, & quandoq; sumitur pro apparatu, quasi ἐπι & ὄδω.

**Ephorus**, (ἐφορος) pen. cor. Lat. superinspector, praefes, praefectus, episcopus, ab ἐπι & ὄρω, aspicio. Quo uocabulo Cic. utitur pro quodam magistratu Lacedaemoniorum. Erant enim ephori tales apud Lacedaemonios, quales apud Romanos Tribuni plebis, qui à Theopompo sic appositi regibus sunt, ut apud Romanos consulibus tribuni. Vt enim à consulibus ad tribunos prouocare quisq; poterat, sic Lacedaemonij à regibus ad ephoros. Satis constat ab ephoris reges electos alios fugisse, alios interemptos. Olim pro ministris regū fuerunt, paulatim deinde omnem potentiam in se transferentes, ad id licentiae peruenierunt, ut sensim à rege magistratum proprium constituerint, nomine ephoriam. Ephoria, ἐφορεία, tutela

**Ephalos**, ἐφᾶλος, genus febris est, ex pituita frigida uel uitrea putrefacta. Nomen dedit ei placidi pellacia ponti subdola, quam Graeci ἀδὸς ἰθιώτρια. quoniam agitatam ex tranquillo difficillimum efficitur: uel ἀδὸς ἰθίως ἀναίψω, quia blande ac modice calefaciat.

mantra: Savina hyl...  
mollis & ephippia uenti

**Ephibata**, (ἐπιβάται) sunt bellatores in re nautica. Hircius in Comment. belli Alexand. Capta est una hostium quadrirems, depressa est altera, altera q; perturbata, deinde omnes epibatis nudatae. Idem in commentarijs belli Aphrici: Remigum partem ex classe Gallorum, Rhodiorum epibatarū armata. ἐπιβάταις tamen proprie ascensor dicitur, ἀνὸς & βαίω.

**Ephibata**, trā. (ἐπιβάταις) pen. prod. scala nautica.

**Ephicharida**, pen. cor. genus nauiculae.

**Ephichēmatā**, argumentationes sunt quae nonnulli rationes appellauerunt, Cicero ratiocinatio. Hiero. ad Augu. Ego simpliciter fateor dignationem tuae, licet stylus ἐπιχρηματῶσθαι mihi uiderentur, tamen non temere exemplaribus literarum credendum putauit. Vide Quint. lib. 5. capi. 10.

**Ephichrista**, (ἐπιχρίστα) apud Galenum in eundem ferē usum accipiuntur quo circūlitiones, quas Dioscor. περιχρίστα, κακίβαλφαρα appellat: à circūliniendo, quod est expolire. Nam ἐπιχρίστα circūlitionem uocat ipse, cum operibus iam perfectis manus quaedā salutaris admouetur ultima, quae illa ipsa propter anther lambentēq; penicillo circūlegat, atq; reuoluit.

**Ephichysis**, (ἐπιχύσις) uasis genus, infundibulum Latine. ἐπιχύω, infundo.

**Epicēdium**, ἐπιπέδιον. carne est, quod in laude defuncti antea cadauer sepultū cani solet: aliter nania, uel monodia dicitur.

**Epicēnum**, ἐπιπένηλον. Latine subcommune, promiscuū ex ἰσὸς & νοῖος. Interest autem inter genus cōmune & epicēnon quod in genere communi & homines sunt & pecora, in epicanone pecora tantum. Et in genere communi ambo articuli sunt, hic & haec, cum nomine communicantes, ut hic & haec canis: epicēnon autem cum articulo uno masculino communicat nomen fæmminum, ut hic passer, sub quo intelligitur fæmina. Et sub neutro intelligitur fæmina, & hoc pecus. Verg. Lenta salix fæto pæcori: id est grauidio.

**Epicēnomis**, ἐπιπένομος. recognitor. Nā ἐπιπένομος recognitor.

**Epicrocum**, pen. cor. genus uestimenti, croceo colore dicitur. re insectum, cuius meminit Varro.

**Epidicticōn**, ἐπιδικτικόν. dicitur demonstratiuum. Nam ἐπιδικτικόν, ostendo ac demonstro significat. Cic. in Orat. Dulce igitur orationis genus & solutum & effluens, sententijs argutum, uerbis sonans est in illo epidictico genere.

**Epidipnida**, seras, hoc est epulae, quae in extrema cena uel prandio adferuntur. Mart. li. 11. Hinc seras epidipnidas parabit.

**Epidromēs**, ἐπιδρόμοι. dicitur funes (Melius ἐπιδρόμοι). quibus retia tenduntur circa summā & imam partem: quod in his retia discurrant. ἐπι enim significat in, δρόμος curro. Quidā accipiunt pro anulis, quibus corina chordae impeditur. Alij epidromō uocant uelū, quod in puppi pādatur, quod nautae mexanam uocant. Sunt enim tria genera uelorum, δρόλον. δρόμων. acation, (ἀκάρτιος) & epidromon.

**Epicētia**, ἐπιπέτια. Latine equitas dicitur.

**Epigamiā**, ἐπιγαμία. connubiū, affinitas cū alijs gētibus.

**Epiglossis**, seu Epiglotis. ἐπιγλωττίς. fistula exterior est. Quo etiam uocabulo dicitur eius fistula superior pars, qua cibis potusq; feruntur, totaq; curculus uocatur.

**Epigrammā**, tis. ἐπιγράμμα, seu epigrammatum. ti. dicitur inscriptione, uel superscriptio: ab ἐπι super, γράμμα litera, uel scriptio. Cic. pro Archia poeta: Quod epigramma in eum fecisset, tantummodo alternis uersibus longiusculis.

**Epigrammārius**, & epigrammatista, (ἐπιγραμματογράφος) pro eo qui epigrammata componit.

**Epigraphe**, ἐπιγραφή. pen. cor. titulus, inscriptio, census: id est, dinumeratio ciuium, lustrum.

**Epigryphus**, ἐπιγρυφος. pen. cor. habens aduncum nasum.

**Epilepsia**, ἐπιληψία. pen. prod. Latine correptio, seu apprehensio dicitur. Morbus est, sic dicitur, quod mentem apprehendens corpus pariter possideat ex melancholico humore. contra hunc enim nerui ex hoc morbo. Dicitur & morbus caduus

eur. Vulgus appellat lunaticū. Idem comitialis appellatur, eo quod si cuiquam in comitijs contigisse deprehensum fuisset, dimittebantur comitia. Sunt etiam huius morbi alia nomina, de quibus in Comitialis.

Epilepticus, (ἐπιληπτικός) qui ex epilepsia laborat.

Epilignā, unguenti genus uilissimum, quo passim utebantur.

Epilogismus, (ἐπιλογισμός) cogitatio, computatio.

Epilogus, pen. cor. Latine conclusio, nouissima pars orationis. Nam quas nos conclusiones dicimus, Græci ἐπιλόγος appellant: ab ἐπι, quæ diminutionem hic denotat, & λόγος sermo. Cic. 4. de Fini. Patronus uel causæ in epilogo pro reo dicens negaret esse malum exitium, publicationem bonorum, &c.

Alij cumulum, alij perorationem uocant. Rhetorici tripartitum epilogum faciunt, constant enumeratione, amplificatione, & commiseratione. Per enumerationem fit rerum repetitio, quæ Græce dicitur ἀνακεφαλαιώσις, id est, recapitulatio. Per amplificationem concitantur animi auditorum, per commiserationem flectuntur ad misericordiam.

Epimelās, quæ colorē nigricantem habet in candida gemma.

Epimediū, ut Plin. li. 27. ca. 9. scribit, est herbe genus folijs

Epimōnē, ἐπιμόνη, pen. cor. Latine perseverantia: (hederæ. figura quando ad maiorem ceritadinem in eadem dictione perseveratur: ut Verg. Sic sic iuuat ire sub umbras. Hæc etiam Epizeuxis, ἐπιζεύξις, uocatur.

Epimythion, (ἐπιμύθηον) fabulæ est expositio, eiusque utilitas: ut cum apologi rationem & sententiam auctores mythologicae attexunt: ut sunt apud Aesopum appendices fabularum, quasi affabulationes. Budæus.

Epiniçia orum, (ἐπινηçια) Græci uocant præmium & celebritates pro parta uictoria: ab ἐπι & νηçια. Suetonius uero accipit pro carminibus ac laudationibus compositis, cum in Nerone scribit, Sequenti die lætum inter lætos cantaturum epiniçia, quæ iam nunc sibi componi oporteret.

Epinyctis, ἐπινυκτίς, pustula minutæ, seu uari: dicitur à nosctæ, in qua maxime proueniunt. Iuli. Poll. Epinyctis, pustula subliuida, modice humescens, & plena sanguinis in tibijs &

Epitodum, seu epicodium, canticum quod dicitur (pedibus. ead aueri nondum sepulto: alio nomine nenia dicitur, ex ἐπι super, & ὄδον canticum.

Epipedon, ἐπιπέδον, Latine planum, siue superficies dicitur.

Epiphānes, ἐπιφανής, pen. cor. Latine illustris, ἐπι super, & φανός

Epiphānia, ἐπιφανία, apparatus, seu manifestatio (clarus dicitur, φανός enim manifestio. Hiero. Dies epiphāniarū Græco sermone sic uocatur. Quod enim apud nos apparitioni uel ostensionem dicimus, Græci epiphāniam uocant. Hoc autē ideo, quia dominus noster hodie saluator apparuit in tenebris. Licet enim olim natus esset ex Maria, & triginta annorū expleisset ætatem, tamen ignorabatur à mundo. Eo tempore cognitus est, quo ad Ioannem Bap. ut in Iordane baptizaretur, aduenit, & uox de cælo Patris intonantis audita est, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit. Quæ pater de cælis monstrauerat uoce, hūc spiritus sanctus uersus in colūbam, & super caput illius sedens, tactu quoque ipso uoluit demonstrare, ne quis alius dei filius putaretur ex populo. Epiphānia quoque uocatur, cum latitudo mensuratur cum longitudine. uide in Gramme. (clamatio.

Epiphōnēia, ἐπιφώνημα, rei narratæ, uel probatæ summa ac

Epiphōrā, ἐπιφώρα, pen. corr. morbus oculorum, quem uulgo lachrymam uocant, cum descensus humoris oculos angit: ἀφ' ἑπιφώρα, hoc est ab inferendo. Plin. Caro peponum epiphōris oculorum & doloribus prodest. Col. lib. 7. De maguderi, Eadem radix contusa, & cum oleo lentisci inuncta, uitiū expurgat, epiphoram supprimit, polenta conspersa, mulsæ aqua. Dicitur & de alijs membris. Plin. Testium uerò epiphōris cum ramis laureæ teneræ ad eò peculiaris est.

Epipleçia, (ἐπιπληçια) siue Apopleçia, dicitur subita percussio

si: πλάγην enim percutere est.

Epiplocelē, (ἐπιπλοκῆλη) dicitur omenti in scrotum descensus, quem nostri communi nomine herniam uocant.

Epirhedium, uehiculari genus, non dissimile bennæ: compositū nomen ex ἐπι, & rhedā. Iuue. Tritonē trahūt epirhedia collo.

Epitōicā mala, ἀπαρωτικά μῆλα, dicuntur orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti.

Epischidion, ἐπισχιδίον, apud Vitru. accipitur pro cuneo.

Episcopatū, ἐπισκοπή, ipsius episcopi officium, dignitas ue-

Episcopiū, ἐπισκοπή, episcopi habitatio dicitur.

Episcopiū, a. um, ἐπισκόπιον, ponitur pro exploratorio. Ci. ad

Att. Conscendi in phaselū episcopiam, id est nauem explorat-

Episcopus, ἐπίσκοπος, pen. cor. magistratus nomen, (torid. penes quem summus erat rerū arbitratus, sicut ephorus, ἐπίσκοπος enim est ἐφορῶν. Hodie ad antistites transferimus, ut quorū omni studio & opera Reipu. Christianæ prouidere officium sit. Latine speculator dici potest. Apud Homerū eodem nomine & episcopum & regem appellatū esse nouimus. Cice. scribit se episcopū à Pompeio destinatū esse oræ Campanæ & maritimæ in principio ciuiliis belli, id est exploratorem speculatoremque. Et proprie qui præest panis, cæ erisq; uenabilibus rebus, ciuitatibus ob quotidianum uictū necessarijs, episcopus dicitur. Cic. ad Att. li. 7. Vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campania & maritima ora habeat episcopum, ad quem delectus & negotij summa referatur.

Epispasticā, ἐπισπαστικά, medicamenta quæ pertinent ad ulcus purgandum, purq; extrahendum.

Epistatēs, ἐπιστάταις, Græce dicitur qui à nobis uillicus procuratorque, ac præpositus rei faciendæ uocatur. In feminino genere epistata uillica, quæ præest diligenter familiæ rusticæ. Cato de re Rust. cap. 16.

Epistolā, (ἐπιστολή, ἀφ' ἐπιστάταις) quod est mittere, quia ad absentes mittitur. Plaut. in Epid. Quia quotidie ipse ad me à legione epistolas mittebat. Idem in Pseu. Herus me tibi salutem multā uoluit dicere: Hanc epistolam accipe à me, hæc me tibi iussit dare. Hinc epistolare, quod ad epistolam pertinet. ἀπιστολή, Hieron. Neque enim epistolæ angustia euagari longius patiebatur. Libani, ἐπιστολή (inquit) δὲ ἴσθι μιλία ἕγγραματῶν ἀπὸντῶν πρὸς ἀπὸντα γινόμενῶν, id est, litera rata locutio absentis ab absentem facta.

Epistolium, ἐπιστόλιον, parua epistola. Catullus: Conscriptum hoc lachrymā: mitis epistolium.

Epistoniū, (ἐπιστόνιον) dicitur in fontibus manus fabrefactis in quibus sunt fistulæ plures aquam transmittentes. Seneca ad Lucil. Nisi aquam argentea epistonia effuderint, & ad huc plebeias fistulas eloquor. Varro lib. 3. de re Rust. Cum et aqua calida & frigida ex orbe ligneo mensaq; quam dixi in primis radijs esse in epistonijs uersis, ad unum quæ factum sic, ut fluat in conuiuiam.

Epistropheā, ἐπιστροφή, & Strophea, nominat Græci primam ceruicis ex septem uertebra, quæ Hippocra. odonta uocat.

Epistylion, (ἐπιστύλιον) capitellum quod super columnam ponitur. Vide multa de epistylis apud Vitruuium.

Epistylaphā, (ἐπιστυλαφά) conglutinatio duarum syllabarū in unam, quod in diphthongo & synæresi fieri contingit. Nam ἑνωσις conuincio dicitur.

Epitaphiū, (ἐπιτάφιον) Latine supra sepulchrū, τὰφος enim sepulchrum, & sumitur pro laude post sepulturam. Est enim elogiū, quod in sepulchris marmoreis incisum uidemus, completa sepultura. Accipitur & pro titulo, & pro oratione funebri. Cic. 5. Tusc. Quid uerò in epitaphio, quo modo idem? Epithalamium, (ἐπιθαλάμιον) sacer hymnus, qui in sponsalitijs canitur: quasi iuxta thalamum.

Epithemā, ἐπιθέμα, pen. pro. dici potest superimpositū operculū, & quicquid alicui rei imponitur. Ex quo & medicamēta, quæ ad refrigerandū cor imponuntur, epithemata dicuntur.

Dulcebra me asseruit tantum  
epistola uer. Sap. 2. 110.

**E** pithēsis. ἀπίθης. pen. cor. impostura, aggressus.  
**E** pithētēs. ἀπίθητος. molestus, impostor, fraudator.  
**E** pithētōn. ἀπίθητων. pen. co. à Quintiliano dicitur appositum, ab alijs adiectiuū, ab ἴπι & τήθη. Epitheta tribus de causis nominibus adduntur. Discretionis: ut, Phrygiæ molimur montibus Idæ. Proprietatis: ut, Terribili implexum seta & dentibus atris. Ornatus: ut, Alma Venus.  
**E** pithymia. μίαι. (ἐπιθυμία) Latine dicitur concupiscentia, desiderium, uaporatio sacrorum. (toga.)  
**E** pitōgiūm, genus pallij, quod supra togam ferebatur: ab ἴπι et ἔπιτῶμη. mes. & epitoma. μα. ἴπιτῶμη. pen. cor. breuiariū uel incisio dicitur, & compendij, ab ἴπι & τῶμη. Cic. ad Att. lib. 13. Epitomen Brui Calianorū uelim mihi mittas. Idem At. lib. 12. In Brui epitoma Fanniorum scripsi, quoderat in extremo. Nec unquā dicitur neutro genere epitomata, nisi ab indoctis, teste Budæo, (eate sic appellatum.)  
**E** pitrāgūs, (ἐπιτραγῆς) pen. cor. genus piscis, ab hirci sterili.  
**E** pitrāpēxiā, (ἐπιτραπέσια) dicuntur generaliter mensis apta, quæ sunt uascula & potoria & escaria, ab ἴπι & τράπεζα.  
**E** pitritūs, ἀπίτριος. pen. cor. pes ex quatuor syllabis constans, quarum una semper ab alijs tribus discrepat. Primus cōstat ex iambo & spondeo: id est ex prima breui & tribus longis, ut sacerdotes. Secundus ex trochæo & spondeo. id est ex secūda breui, alijs longis, ut cōditores. Tertius ex spondeo & iambo id est tertia breui, alijs longis, ut hereditas. Quartus ex spondeo & trochæo: id est ex quarta breui, ceteris longis, ut celestinus. Epitritus enim proprie numerus dicitur qui continet aliquem numerū, & eius partem tertiam: ut quatuor ad tres duodecim ad nouem, quadraginta ad triginta.  
**E** pitrōchāsmōs, ἀπίτροχασμός. uerborum super se inuicem effusio uel supermensio, quæ fit aduersarij turbandi causa.  
**E** pitropē, ἀπίτροπος. pen. cor. Latine procuratio & tutela.  
**E** pitropōs, ἀπίτροπος. procurator.  
**E** pitryrūm, ἀπίτροπον. genus edulei seu casei Siculi. Fit enim ab ἴπι & τρυπός caseus. Plaut. in Mile. Si unum epityrum edam apud illum esuriens. Epithyrum etiam: siue pithyrū dicitur, à contracta oliua, quæ Græcè dicitur πύρος. unde apud Columellam Epithyrum, condituram oliuarum legimus.  
**E** pizeixis, (ἐπιζέξις) combinatio, figura cum dictio in uersu absq; medio aliarū combinatur. Ver. Meme adsum qui feci.  
**E** pōlānēs dicebant ueteres, quos nūc epulones dicimus. Festus.  
**E** pōps, (ἐπὺψ) auicula sordidissima est, eaq; cristata, quam à soni fictione V pupam nominamus.  
**E** pōpteia, (ἐποπτεία) Latine dicitur inspectio, meditatioq; in qua uoce possis & spectacula accipere, quandoquidem ipsas speculas Græci ἐποπτείας & ἐποπτείας uocant, ab ἐποπτεία, siue à uerbo ἐποπτεῖν. Dicuntur etiam epoptæ inter mystas, ephorū quoq; dicti: quoniam post annum quam initiati essent, admitterentur ad spectandum sacra.  
**E** pōs, ἔπος. carmen heroicū, diuinarum rerum & heroicarū, & humanarumq; comprehensio. Mar. li. 12. Scribebamus epos, & cepisti scribere, cessi, Aemula ne staret carmina nostra tuis.  
**E** pōdōs, ἐποδός. carminis pars posterior: Componitur à præpositione ἴπι. id est, post & ὁδός, qui & cantus apud nos dicitur, quasi carminis cantus, & inde epodiū. ἀποδός. diminutiū: id est paruum carmen. quod à Lyricis clausula breuis dicitur, quasi præcisus uersus integris subijciat: ut apud Horati. Beatus ille qui procul negotijs. Deinde sequitur præcisus, ut Prisca gens mortalium. Sic deinceps alterni quibus aliqua pars deest, & sunt ipsis præcedentibus similes.  
**E** pōrhēdiæ, à Gallis dicuntur boni equorum domitores. unde urbi Eporhedie (ἐπορηδία, Strabo) inditum nomen.  
**E** pūlā, ἔπιτῶμη. ab opulentia, siue ab edendo, quasi edipula, sunt cibi ministerio hominum in nostrum usum comparati. Cic. 3. Philip. Vno, & epulis retentus, & alea est: si epulæ potius, quam popinæ nominandæ sunt. Epulæ, etiam bestiarum ci-

bus quotidianus dicitur. Verg. 4. Aeneid. Epulasq; draconi Quæ dabat. Epulū uerò significat solennes citos: & propriè publicū conuiuiū in propatulo ciuib. exhibitum, siue in dedicatione templi, siue in triumpho, siue in funere, siue ludorum causa. ἱεράσια, ἱεροδολογία. quale imperatores apud Rom. & quale factum esse constat à pluribus, qui testamento legauerunt epulum quotannis ad sepulchrum, rosas & uarijs respersum odoribus, pro hereditatum facultatibus exhibendū Iuuen. Vnde epulum possis centum dare Pythagoreis. Sed confunduntur quandoque: nam epulum pro priuato conuiuiū inuenitur, & epulæ pro conuiuiū in communi. Cice. pro Lucio Planco, Sepulchrum L. Catilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conuentu epulisq; celebratum est. Epulam quoq; in singulari numero Veteres dixere, teste Festo Pomp.  
**E** pūlāris. re. (ἐπιπυλῆς) quod ad epulas pertinet: ut epulare sacrificium, epularis sermo, qui in conuiuiū fit. Cicero 3. De Orat. Cum essent ipsi à Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, institui. Apuleius, Iam illatis luminibus sermo percrebruit. Epulares etiam uocabantur, ἱεράριος, qui in sacris epulabantur. Varro, Dum epulares nocte epularentur.  
**E** pūlāri, est in conuiuiū esse, seu conuiuari. ἱεροδολογία, οἰκῆσις. Liu. lib. 35. Vulgò apertis ianuis in propatulo epulati sunt. Cic. 2. de Finib. Cum in uoluptate sint qui epulentur.  
**E** pūlātōriū. riarium. (ἐπιπυλῆς) quod aptum est, ut in epulis comedatur. (ro exercuit.)  
**E** pūlis. (ἐπιπυλῆς) dicitur quoties iuxta dentes in gingiuis cas  
**E** pūlonēs, (ἐπιπυλῆς) dicti sunt conuiuæ. unde & cōepulones, (συνεπιπυλῆς) qui simul epulantur. Antiqui epulones dicebant. Item epulones dicebantur, quos pontifices propter sacrificiorum multitudinem esse uoluerunt, ut ludorum epulare sacrificium conficerent. Auctor est Cicero libro 3. De Oratore, & Liu. 3. Bel. Mace. Hi epulas Ioui ceterisq; dijs instituendi potestatem habebant. Cicero De Arusp. Resp. Patres conscripti, uosq; pontifices, ad quos epulones Iouis Opt. Max. si quid est prætermisū, aut commissum, afferunt: quorū de sententia illa eadem renouata, atq; instaurata celebrantur. Vnde August. lib. de Ciui. asseruit epulones perpetui erant conuiuæ: ut mimorum potius & parasitorum cōtubernia, quam Dei sacra celebrarentur. Cōepulonus, dicitur à Plauto in Persa, conuictor, & ἴσδημ epulis uescens: ait enim, O mi Jupiter terrestris & cōepulonus.  

E A N T E Q.

**E** Quāpiūm, ἀπὺ ἡβῆς gen. à Græcis ἱμοδῶνος dictū.  
**E** quārius, a. um. quod ad equum pertinet: ut equarius medicus. ἱμιαστρος. qui equis medicatur. Valer. Max. libro ult. Herophilus equarius medicus, Ca. Marius septies consulē auum sibi uendicando, se extulit. Equarius uero substantiuum, idem quod equile. Varro in Proc. de re Rusti. 2. Quod & ipse pecuarias habui grandes, in Apulia ouiaras, & Reatino equarias.  
**E** quēs. ἱμιαστρος. gene. communis, significat hominem insidentem equo. unde equites à pedibus distinguuntur. Vergil. lib. 8. Interea præmissi equites ex urbe Latina. Sumitur quoque doq; pro ipso equo. Idē, Dorsoq; equitem docuere sub armis insultare solo, & gressus glomerare superbos. Et eques dicitur, qui equestrem dignitatem adeptus est.  
**E** quēster, (ἐπιπυλῆς) ab eques fit, sicut à pedes pedestes. Vnde pedestres & equestres copiae. Equestrem uerò ordinem, (ἐπιπυλῆς τὰς μάχας) mediū fuisse constat inter patritios & plebem. Hi olim sub Romulo regibusq; Celeres dicebantur, à Celere Remi interfectore: deinde à flecendis animis, quoniā iudices erant: siue potius à flecendis equis, Flexumines uocitati, postea Trossuli, à Trossulo oppido Tuscia, quod id su-

Tu domo r'pulis accumbit  
 diuis, Verg. Aenid. 1

ne ullo peditum adiumento equites cepissent.  
**Equestris** as, dictum est quod equiti datur.  
**Equestris**, *ἵπικα*, loca erant in quibus sedebant equites. Sen. lib. 7. de Ben. Equestris omnia equitum Romanorum sunt. Et iterum, Sed cum in theatru ueni, si plena sunt equestris. Et sic popularia dicebantur, ubi plebs ipsa in theatro sedebat. Sueton. in Domitiano, Et quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestris ac senatorij ordinis pronunciauit.  
**Equicruius**, (*ἵπικραυός*) animal in Oriente, habens cornua & iugas post collum descendentes usque ad scapulas, & barbam sub mento, & soleas sicut equus, & corpus ad ceruicem quantiatem.  
**Equidem**, (*ἴσως*) non ab ego & quidem composita conuincio, sed simplex est. Sal. Ego equidem sic existimo. Nam si esset composita, non subiungeretur ego, quanquam apud Ver. ubi ego quidem significet: Equidem merui, nec deprecor, inquit. Persius posuit pro quidem, Non equidem hoc dubites, amborum fœdere certo Consentire dies. Significat itaq; ego quidem, ego uero, & quidem: neq; tantum ad primam personam, sed etiam ad secundam & tertiam refertur.  
**Equiferus**, *ἵπικραυός*, pen. cor. equus ferus, id est non domesticus. Plin. lib. 28. In primis: efficax equiferorum sanguis.  
**Equilâ**, diminut. est ab equa. Varro, Nemo est tam negligens, quin summa diligentia eligat asinum, qui saliat equilam.  
**Equilâ**, *ἵπικραυός*, *ἵπικραυός*, pen. prod. stabulum equorum, sicut ab oue ouile. unde Varro suadet frenos in equili suspendere, ut oculi equuleorum consuescant uidere eorum faciem, & motu crepitus audire, cum iam ad manus accedere consueuerint, interdum imponere his puerum.  
**Equimentum**, merces quæ datur pro admissura equi. Varro, An si equam emisses quadrupedem, ut meo asino Reatino admitteres, quantum poposcisses, dedisses equimentum?  
**Equinum**, na. num. *ἵπικραυός*, possessiuum. Horat. Humano capiti ceruicem pictor equinam iungere si uelit.  
**Equio** is. (*ἵπικραυός*) de equis dicitur cum coitum appetunt, sicut catulo de canibus, & subo de suis. Col. li. 7. Equientimula cruda brassica datur.  
**Equiria**, (*ἵπικραυός*, Aristopha.) ludi quos Romulus Marti instituit. In his enim ludis currere in Martio campo equi solebant.  
**Equisetor**, (*ἵπικραυός*) qui ambulat pedibus equinis: id est qui equitat: sicut qui in lectica gestatur, ambulat pedibus lecticariorum.  
**Equisetum**, (*ἵπικραυός*) uide in dictione Ephedron.  
**Equiso**, onis. (*ἵπικραυός*) equorum domitor. Varro, Nam ut equus qui ad uehendum est natus, tamen traditur magistro, ut equiso doceat tollitum incedere. Et non tantum equorum magistrum, sed etiam omnium rerum, quarum ei regimen conceditur, equiso significat.  
**Equitabilis locus**, (*ἵπικραυός*) in quo equi facile inambulare possint. Liuius, Opportuna explicandis copijs regio erat, equitabilis & uasta planities. Idem contrarium posuit, Imber uiolentius quam aliâs susus, campos lubricos inequitabiles fecerat.  
**Equitatus**, *ἵπικραυός*, modo equitum turmam significat, sicut peditatus pro pedestribus copijs. Modò actum equitandi, *ἵπικραυός*, *ἵπικραυός*. Plin. lib. 33. Femina equitatu atteri & aduri solent. Modò ordinem equestrem. Idem lib. 33. Quinetiâ ipsum equitum nomen saepe uariatum est, in ijs quoq; qui ad equitatum traherantur.  
**Equitium**, equorum mandra, siue equarum armentum. *ἵπικραυός*. Vlpian. Equitij usu legato uidentum, an & donare possit, & ad uehendum sub iugo uti.  
**Equito**, as. *ἵπικραυός*, *ἵπικραυός*, dicitur de homine equo insidente, & de equo. Lucilius de Equo, Nempe hunc cursu

tere equum nos atque equitare uidemus. Cic. 2. Tusc. Apud quos autem uenandi & equitandi laus uiget. Huius composita sunt, ad equito, (*ἵπικραυός*) quod est iuxta equito. Liui. Adequitauit deinde sensum portis. Obequito, circum equito. Idem, Obequitare iubet hostium portis. Perequito, sicut peragro, ut apud eundem, Cum perequitasset aciem, tantum iniecit ardoris, ut non ultra sustinuerint impetum equi, (*ἵπικραυός*) Equitatio, *ἵπικραυός*.  
**Equuleus**, *ἵπικραυός*, diminutiuum, sumitur pro pullo equino & nouello. Cic. in Hor. Ut igitur domitores equorum non uerbera solum adhibent ad domandû, sed cibum etiam saepe subtrahunt, ut fame debilitetur equuleorum nimis effrenata uis. Idem in Ver. Equuleos argenteos nobiles, qui maximi fuerunt, aufert. Est & tormenti genus (aliter eculeus) quod quidam ardentem laminam esse tradunt, qua homines cruciabiliter torquentur. Alij materiam quandam in equi formam aiunt, in quam conijciebantur rei: ab equo diminuto uocabulo. Seneca lib. 2. Epist. Sæuitia commenta est equuleos, crucces, unicum & tunicam illam alimentis ignium illitam & in textam. Cic. lib. 5. Tusc. Hæc etiam in equuleum inijciuntur, quò uita non aspirat beata. Idem de Finib. bon. & mal. lib. 4. Nec si ille sapiens ad tortoris equuleum à tyranno ire cogatur, similem habeat uultum, ut si ampullam perdidisset. Sic etiam, *ἵπικραυός*.  
**Equulus**, diminutiuum ab equus. *ἵπικραυός*. Cicero libro 3. de Natura, Omnia in perfectis & maturis docet esse meliora, ut in equo, quam equulo: in cane, quam in catulo: in uiro, quam in puero. Varro scribit, equulum post annum & sex menses domari posse.  
**Equus**, (*ἵπικραυός*) animal quadrupes, qui & caballus: ab aqua litate dictus, detracta prima litera quæ diphthongum faciebat: quæ pares eligebantur, qui bigis quadrigisq; iungerentur. Equorum alij gradarij, qui molli gradu, & sine succussura incedunt: contra succussores, sefforem frequenter inquietant. Alij dicuntur ueredi, in cursu uelocissimi, quibus maiores usi sunt in uenatione.

E A N T E R.

**E**rciscere, prisca lingua significat diuidere, inde familiæ erciscundæ, id est rei familiaris diuidendæ. Quidam erciscundû, ab erciti antiqua dictione dici uolunt, à coheredando. *ἵπικραυός*, in libris antiquis legitur, pro arcitû ab arcendo. *ἵπικραυός*, *ἵπικραυός*, ex aduerso & opposito.  
**Ere nata**, (*ἵπικραυός*, *ἵπικραυός*, *ἵπικραυός*) significat, ex occasione rei presentis capto consilium. Et aliquando dicitur absolute, è re nata. & aliquando eû coniuincto ut è re natum exordium dixit Quint. intelligi uolens subito inuentum. Apu. Ere nata fallacia, significatur enim mulieris dolus, ad fallendum subito excogitatus, non domi antè compositus, sed ex ipsa re & negotio expromptus.  
**Ere mea**, *ἵπικραυός*, è re tua uide supra in E & ex.  
**Eremodicium**, (*ἵπικραυός*) apud Iureconsultos dicitur quasi desolatû ac desertum, seu desertio causse, absentia seu negligentia partium facta. Dicitur autem eremodiciû, iudicium in quo reus absuit, quasi desertum: quamuis mendosè legatur hermodicium cum aspiratione. Contrahitur autem eremodicium triennij, aut alterius iusti temporis lapsu.  
**Eremus**, (*ἵπικραυός*) pen. prod. (solet tamen ab aliquibus corripit, ut, Præpotens martyr eremiq; cultor) est generis femini ni, significatq; solitudinem. Hinc Eremitæ, & eremitani. *ἵπικραυός*, *ἵπικραυός*.  
**Ereptor**, qui aliena rapit. Cic. pro Quint. Iste bonorum possessors, expulsor, ereptor.  
**Erepublica**, *ἵπικραυός*, id est ex utilitate & comodo publico. Sueton. in Cæs. Pleriq; pecunias contulerunt, ne Cato ne quidem abnuente eâ largitionem è republica fieri. Et contrario dicimus, Ab re est, pro eo quod est, contra commodum.

*Admirabilem rem uide supra in E & ex.*

**Eretria**, certissimum genus, quae terrae suae nomen habet, quod praecipue usus fuisse Parrasius dicitur. Plin. lib. 37. cap. 6.

**Erga**, (αἰε) praepositio, licet eandem vim habere uideatur cum contra, benevolentiae tamen plena est: ut, Pro meo summo erga te amore onus subeo. Cicero ad Lentulum: Ego omni officio, ac potius pietate erga te ceteris satisfacio omnibus. Terenti. in Heaut. Timet omnia, patris iram, & animum amicae se erga ut sit suae.

**Ergasia**, (ἐργασία) operatio. Ergasimos, fabricalis.

**Ergasterium**, (ἐργαστήριον) officina, ubi aliquid operamur, ut est in Decretis distinctio. 44. Nulli clerico liceat tabernam, aut ergasterium habere.

**Ergastus**, (ἐργαστής) siue ergasticus, operarius dicitur, ab ἐργασθαι.

**Ergastularius**, (ἐργαστῆριος) qui praestit ergastulit. Columella libro primo docet, quomodo ergastuli ab ergastularijs tractari debeant. Ergastularij serui, ἀργαστῆριος, ἀργαστῆριος.

**Ergastulum**, (ἐργαστήριον) pen. cor. taberna uel officina, ubi lapides metallae fodiuntur, uel aliud quippiam operis à uincentis seruis fit, quos Plini. his uerbis describit: At nunc eadem illa uincti pedes, damnatae manus, inscripti uultus exercent. Dicitur ergastulum ab ἐργασθαι, quod est operor. Iuue. Nempe in Lucanos & Tusca ergastula mittas. Sed quoniam in diuersis locis serui durius operari cogentur, factum est, ut ergastula modo ipsos damnatos, seruos uel operantes, τὸν ἀργαστήριον, ἀργαστήριον, modo carcerem significent. Varr. Misticq; mox eò uirum, qui tota ergastula donaret libertate. Col. li. 1. Optime solutis seruis cellae meridiem aequinoctialem spectantes fiant, uinctis quam saluberrimum subterraneum ergastulum, plurimis sitq; id angustis illustratum fenestris.

**Ergastulus**, (ἐργαστῆρ) custos pœnalis loci. Lucian. Non ergastulus unus & alius indicem apposuit, ut nemo sententiam libere magis quam ergastulus dicere possit. Aliquando sumitur pro operario. Plinius: Coli rura ergastulus pessimum est, ut quicquid agitur à desperantibus.

**Ergo**, (ἀργα, ἔργον) illatiua siue copulatiua coniunctio est, quae minoribus adhibetur clausulis, sicut igitur. Aliquando inceptiua est, conueniens maxime indignationi. Ara. Iuuenal. Impune ergo mihi recitauerit ille togatas. Hic elegos? Aliquando hortatiua, (ἀδ' ἔργα) quae ponitur ut hortemur, qui tale aliquid faciunt, & affectum exprimit reprehendentis. Vergil. Ergo age chare pater. Aliquando aduerbium est, & ponitur pro causa, (ὡς) circumflectiturq; ultima ac semper producitur, cum aliqui ambigua sit. Verg. lib. 6. Illius ergo uenimus, & magnos Erebi tranauimus amnes. Sisenna lib. 1. Milites, ut lex Calphurnia concesserat, uirtutis ergo ciuitate donati.

**Ergon**, (ἔργον) Latine opus significat.

**Erguminus**, pen. cor. qui à demone agitur: ab ἐργαίνω, agitator, prohibeor. forte melius ἐργαίνωτος.

**Erica**, (ἐρίκη) frutex est quam & alij cisarum nominant, folia habet amaraci similia. Haec tamen herba sola floret in syluis, ideoq; melli nomen praebet. Plini. lib. 16. cap. 9. inde mel ericæum. Ericius uide Erinacius.

**Erigenneton**, (ἐριγέννητον) herba, à uerno tempore dicta.

**Eriigo**, erigis, erigere, erexi, erectum, ab ex, & rego compositum, significat eleuare. Cic. pro Ros. Ame. Quem simul atq; attigi, statim homo se erexit. Idem pro lege Manili. Diffidentemq; rebus suis confirmauit, & afflictum erexit, perditumq; recreauit.

**Erinacæus**, (ἐρίνακος) animal non maius ericio (ut scribit Hieronymus) similitudine ursi murisq; habens. Vnde in Palestina arcomus dicitur, & magna est in istis regionibus huius generis abundantia, semperq; in cauernis petrarum & terrae foueis habitare consueuerunt. Dicitur ab aliquibus cy-

rogryllus, quod nomen ab horrendo quidam deducunt, & cum h scribunt.

**Erinon**, (ἐρίνον). Graeci uocant caprificum.

**Eripio**, pis. pen. cor. extra rapio. Ἐρίπω, Ἐρίποιος. Et consistitur cum datiuo ferè in malam partem: ut Eripuisti mihi substantiam. Aliquando cum ablatiuo in utraq; partem. Eripuisti me à periculo: & Eripuisti à me librum. Teren. in Heaut. Crucior holum tantum mihi erepiu tam subito è faucibus. Idem in Adelph. Domo me eripuit, uerberauit. Plini. in Epist. Eripe me huic tormento. Cic. ad Dolab. Nulla ratione se ab illa miseria eripere possit. hoc est eximere.

**Eris**, Graecè, id est, contentio, lis. ἔρις.

**Erihacus**, uide in dictione Erythacus, etsi non restet per ypsilon scribitur.

**Erihallis**, (ἐρίθαλλος) herba, quae & Erigeneton dicitur.

**Erodion**, (ἐροδιόν) & erodion, auis maxima omnium uolatilium, & aquilam uincit & comedit. Multa indocti de erodion nugantur, cum non alia sit quam quae Latinis ardea uocatur.

**Erogo**, gas. (ἐροδιόλαμ) pen. cor. distribuo, & quasi rogatoribus distribuo. Inuenitur etiam exrogare, quod est (ut Festus inquit) ex lege uetere per nouam legem eximere.

**Eros**, ἔρως, amor Latine dicitur: unde eretica carmina, id est, amatoria.

**Erotema**, penultima producta. (ἐροτήματα) interrogatio Latine dicitur: ut, Quo res summa loco Panthi? quam praenidimus arcem?

**Erotematicus**, ἐροτηματικός, interrogatiuus.

**Erotylos**, gemma silici similis.

**Errabundus**, (ἐραβῦνδος, ἐραβῦνδος) affatim, uel ualde errans, uagabundus. Liuius. ab Vrbe, Nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas ultimam illas uisuri peruagarentur. Verg. Si qua forte serat oculis sese obuia nostris Errabunda bouis aestigia.

**Erraticus**, ca. cum. ἐραβῦνδος, quod ubiq; serpit, seu ubique nascitur: ut uitis erratica, herba erratica: id est, agrestis, & omnibus communis. Plin. lib. 19. ca. 8. Est & erraticum intubum, quod in Aegypto cichorium uocant. Sic, Erratica brassica, apud Columellam.

**Erraticus**, tus. & erraticum, ti. peccatum. ἐραβῦνδος, ἔραβῦνδος. Cicero Tyroni, Tantum mihi dolorem cruciatumq; attulerunt errata meae aetatis, ut non solum animus à factis, sed aures quoq; à commemoratione abhorreant.

**Errones**, sunt uagabundi, ἐραβῦνδος, ἐραβῦνδος, ἀνταί. Tis bullus, Atq; iteru erronem sub tua signa uoca. Sappho, Nec uos erronem telluri admittite nostrum. Vlpianus, Errones appellatur serui, qui non quidem fugiunt, sed frequenter sine causa uagantur, & temporibus in res nugatorias consumpiti, seruis ad dominum redeunt.

**Error**, ris. ἔραβῦνδος. scribit D. August. lib. Enchir. est existimatio uel approbatio ueri pro falso, & certi pro incerto, uel e conuerso. Et errare. ἐραβῦνδος, ἐραβῦνδος, est putare uel approbare uerum esse quod falsum est: uel falsum esse, quod uerum est: uel certum pro incerto, siue falsum siue uerum sit. Vnde sciendum, quod licet quis absq; ignorantia errare nequeat, non tamen qui aliquid nescit, continuo errat, sed qui se existimat scire quod nescit, & falsum pro uero, siue incertum pro certo approbat. Accipitur etiam quandoque error pro uagatione, & errare pro uagari & discurre. ἐραβῦνδος, ἐραβῦνδος.

**Ergil**, Vidistis si quam hic errantem forte sororum. Sed quoniam pecudes errando, id est uagando pascuntur, errare ponitur pro pascere. Vergilius: Mille meae Siculis errant in montibus agnae. Inter errorem & errationem hoc interesse Donatus existimat, quod error animi sit, erratio pedum. ἐραβῦνδος, Teren. in Adelph. Sanè hac multò propius ibis, & minor est erratio, id est, minus est spacij per quod erretur. Composita uerbi erro sunt, aberro, quod est ualde erro, uel löge uagor.

Secunda loquor  
in dicit

gor. d  
uit or  
Vulg  
porum  
in pra  
regrin  
Cypri  
tatis e  
Erubesc  
Erucic  
am reb  
gis sine  
duci. E  
ditq; p  
gionib  
bis app  
manu  
rum co  
gore, s  
punt.  
dieta s  
nascent  
Nec m  
Vener  
limi qu  
sit eruc  
ab esu.  
comute  
Haec si  
Eructo. a  
uerbi e  
ructau  
catione  
Ru  
ructus.  
Colum  
locoq; s  
caudat  
Hinc à  
August  
quam s  
ibus re  
prie ex  
Colum  
gerie, q  
irruccio  
os mibi  
Erudero.  
eris. &  
fracti, a  
rudera  
Eru  
Rusti. c  
ue euer  
Erudio. is  
waw  
erudit  
Erugo. a  
te. I  
Hinc E  
Erulla, (c  
Colum  
erulla,  
legum  
tius dic  
Erünnä,

gor. ἀπαμάρτυρα. Cicero in Tusc. Sed redeat, unde aberrat  
uit oratio. Deerro, oberro, circumerro. Lactan. libro 2.  
Vulgus existimat mortuorum animas circa tumulos & cora-  
porum reliquias oberrare. Pererro, per totum erro. Colu-  
in præfatione: Semper ritus uolucrum longinqui littoris pe-  
regrinus, ignotum pererret orbem. Exerro, ualde erro.  
Cyprianus ad Ianuarium: Ne quis exorbitans, & à uia uerita-  
tatis exerrans, apud hæreticos iungeretur.

Erubisco, (ἐρυθίζω) rubens fio.

Erucæ, pen. prod. si Apuleio creditur, ab hærendo uenit, quoni-  
am rebus, quas occupat tenaciter inhaereat. Verum alijs ma-  
gis sine h, & sine diphthongo scribi placet, & ab erodendo de-  
duci. Est autem genus uermis, qui in olerum folia repit, abro-  
ditq; præsertim brassicas. Colum. lib. 12. Vbi uerò apricis re-  
gionibus, post pluuias, noxia inceserunt animalia, quæ à nos-  
tris appellantur erucæ, Græcè autem campe nominantur, uel  
manu colligi debent, uel matutinis temporibus frutices ole-  
rum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno fri-  
gore, si deciderint non amplius in superiorem partem prore-  
punt. Est etiam herba quædam (ἔρουρα) uirtutis calidæ:  
dicta similiter quod erodat: nam bestiolas omnes corpori in-  
nascentes erodit, Veneremq; excitat. Ouidius de Remed.  
Nec minus erucas iubeo uitare jalaces. Colum. Excitet ut  
Veneri tardos eruca maritos. Sunt qui erucam dici ue-  
lunt quod urat: nam linguam pungit, & sanguinem exurit: ut  
sit eruca quasi uruca, u in e uersa. Aut quod fortasse dicta sit  
ab esu, hoc est, ab edendo, & cum principio esset esuca, postea  
cōmutatione literæ, facta est eruca, ut ex Valerio Valerius.  
Hæc si sola comedatur, dolorem capitis inducit.

Eructo, as. (ἐρύσσω) ex e, & ructo, quod est frequentatiuum  
uerbi erugo. is. Iuuenalis posuit exemplum de ructo: Si bene  
ructauit, si recte minxit amicus. Et ructor in eadem signifi-  
catione. Horat. Hic dum sublimis uersus ructatur & errat.

Ructo autem à rugo gis. xi. Etum. ἐρύσσω, ἐρύσσω. Vnde  
ructus, ἐρύσσω. A ructo quoq; sit ructito aliud frequentatiuum.  
Colum. lib. 7. de boue ægrotante sic inquit, Gemitus exprimit  
locosq; stare non patitur, sæpe decumbere & ructitare cepit,  
caudamq; crebrius agere. Dicitur & ructuo, as. & ructor.  
Hinc à Sidon. dicta est ructuatio esculenta, ex quo eructuo.  
August. Illi audiunt tanquam uerbum eructuatum, illi tan-  
quam scientiam annunciatam, quod enim ructuatur, præsen-  
tibus ructuatur. Est autem eructare, (ἀναρύσσω) pro-  
prie extra ructum mittere, quamuis ad alia transferatur.  
Columel. libro octauo. Neque ipsum uiuarium repletur con-  
gerie, quam tempestatibus eructat pelagi uiolentia. Est &  
irructo, ἐρύσσω. Plaut. in Pseud. Quid tu, malum, ergo in-  
os mihi ebrius irructas?

Erudero, as. penult. corr. ab e, & rudero. Rudero uerò à rudus.  
eris. & sunt rudera purgamenta, puta camentū, lapides con-  
fracti, arena, calx, & huiusmodi ex ruinis congesta. Hinc  
rudera tus ager, qui ueterum ædificiorum materia scatet.

Eruderare itaq; est purgare, & extra iacere. Var. 1. de re  
Rust. cap. 2. Solum oportet esse eruderatum, & procliuum,  
ut eueri facile possit.

Erudio, is. penult. cor. significat ex rudi doctum facio. ἐρύθω,  
ἐρύθω. Hinc eruditio, pro doctrina. ἐρύθω, ἐρύθω. Et  
eruditus, doctus. ἐρύθω, ἐρύθω. uide in dic. Doctus.  
Erugo, as. quasi rugas aufero. Plinius libro decimotertio, capi-  
te 12. Iterum constricta erugatur, atque extenditur malleo:  
Hinc Erugatio.

Eruiā, (ἔρουρα), ut aliquando reddit Gaza) idem quod eruum.  
Columell. Sarsena putat agros stercoreari lupino, faba, uicia,  
eruiā, lente, cicercula, piso. Alij diuersum dicunt, esse scilicet  
leguminum genus, quo Varro ait pinguescere pecus. V sita-  
tius dicitur Eruiā.

Eruiā, Vide Acrumna.

Erumpo, exeo, euado, euomo, efferuesco, exardeo, & eruptionē  
facio. Cice. pro Do. Omnis improborum uis diu collecta, &  
inuetata compresso odio erūpebat in actū. Hinc Eruptio,  
Erumpo, as. (ἔρρω) uide supra in dictione Aberunco.

Erūo, is. extraho. (ἐρύω, ἐρύω) Columella libro 7. capite 1.  
Subluuies & intertrigo pice per se liquida, uel alumine et sul-  
phure atq; aceto mistis rite eruentur. Plinius libro 11. cap. 37.  
Certe nulli sine redundantia eius eruitur oculus. Lactant.  
libro 2. Ipse sibi oculos eruat, ut omnes cæci sint. Interdum  
est in totū destruere, (ἀναρύω) Idem lib. 7. Eruentur funa-  
ditus ciuitates.

Eruium, (ἔρουρα) genus pabuli seu leguminis. Columella. Era-  
uum latatur loco macro nec humido: quia luxuria plerumq;  
corrumpitur. Dicitur eruium ab eruendo. carpitur enim, &  
manu uellitur.

Erýngion, (ἔρυγγιον) herba aculeatæ mordacitatis, spinosa ue-  
luti carduus, satiuā, in cibis probatur radice tantum, quo-  
melle, cynanomo & gariophyllo condita, gustui non iniucun-  
da est. Dicitur aliter erynge alba. Vulgo manstruou, uel ra-  
dten distel. Plinius libro uigesimo secundo, capite septimo &  
libro 21. cap. 17. & cap. 16.

Erýthacē, (ἔρυθάκη) herba, quam alij sandaracham, alij ce-  
rinthum nominant. Sic etiam uocatur apum, dum operan-  
tur, eibus, qui sæpe in fauorum inanitatibus inuenitur seposi-  
tus, saporis amari, sed plenus humoris. Var. 3. de re Rust. ca-  
pite 16. Brythacen uocant, qua fauos extremos inter se con-  
glutinant. Erythace à coloris rubedine dicitur. Græcè enim  
ἔρυθρα rubor appellatur. Alij Erithace cum iota. Vide  
Carinthe, & cerinthus.

Erýthacūs, (ἔρυθάκως) auis hyeme dicitur, phœnicurus æstate,  
quam uulgò pectus rubrum uocant. ἀρὸ τῆς ἐρυθραίου, hoc  
est à rubescendo: phœnicurus uerò, quod à caudam rubeam ha-  
beat phœnix purpureum significat, ἔρυθρα cauda est. Melius per  
iota in secunda Syllaba.

Erýthranūm, quanquam legendum uidetur, (ἔρυθρον) hederæ  
species. Plinius.

Erýthros, herba est, de qua Xenocrates dicit nullum esse cor-  
poris malum, cui nō sit salutaris hæc herba, uocatur & Stry-  
chnum, & Neuris. uide Plin. lib. 24. cap. 11.

Erýthrotōnē, (ἔρυθροτόνη) ex anserum genere uolueres: in  
quibus nitor eximius, absolutaq; nigritia, & in supercilijs coc-  
ci rubor. ἀρὸ τῆς ἐρυθρῆς. id est rubro, & τῆς παυονε.

E A N T E S.

Salos, (ἄσος) accipitris genus, qui solus omni tempo-  
re apparet. Romani huteonem appellant. Plin. libro 10.  
cap. 72. hanc auem Esalonem uocat. \* Prima per æ dia-  
phthongum scribenda.

Escā, (ἔσκα, ἔσκα) ab edendo dicta: eibus non solū quo com-  
muniter utimur, sed etiam qui aibus cæterisq; ad inescan-  
dum datur. Plaut. in Pseud. Meas qui esitauerit escas, quas  
ego condiero. Cice. de Senect. Diuine enim Plato escam ma-  
lorum uoluptatem appellat, quod ea uidelicet homines capia-  
ntur, ut hamo pisces. Vnde inesco, as. ἔσκα. & esculena  
eus, (ἔσκα) adiectiu. & esito.

Escariūs, a. um. (ἔσκαριος) quod ad escam pertinet, ut escaria  
uasa. Plinius: Ad escaria uasa totum rubens uirum, non  
translucens. Escaria mensa, quadrata, uel in qua homi-  
nes epulantur.

Escārā, (ἔσκα) medicamen undiq; erodens.

Esculentūs, a. um. quod ad edendum pertinet. ἔσκα, ἔσκα  
μω. Plin. lib. 10. Notatum miluos nihil esculenti rapere una  
quam ex funerum ferculis. Cice. 2. de Nat. Atq; ita eligere  
ex ijs quæ sunt esculenta.

Esculūs, (ἔσκα) arbor glandifera, quod ueteres ex eius fructu  
escam sumerent. Aliqui primam per æ diphthongum  
scribunt.

Bolligim ut molli mollium ferri  
risendo tolle. vng. 3. Georgi.

**Esio.** as. penu. corr. frequentatiuum est à supino esum formatū. *luta* ἔσιον, πρὸς ἑσίου. Gell. Videtur autem de cyamo non esitato causam erroris fuisse. Cato de re Rust. ca. 177. Lotium conseruato eius, qui brassicam esitauerit.

**Esseda.** orum. penult. corr. uehacula Gallorum Britannorumq; apud Belgas primò reperta: & propriè essedum in equo, sicut staticulum in uehiculo, petoritum in mula est. Cicero ad Attic. lib. 6. Hic Veduis uenit mihi obuiam cum duobus esse- dis & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna. Sili- us de Asturc. Aut molli pacata celer trahit esseda collo. Con- funduntur tamen hæc. Suet. in Claud. Solitus in gestatorio ludere, ita essedo alueoq; adaptatis, ne lusus confunderetur. Hinc essedarij, qui esseda regunt. Cice. Trebatio: Tu qui cae- teris cauere didicisti in Britannia, ne ab essedarijs capiaris. Cæs. 1. Bel. Gall. Equites hostium essedarij q; acriter præ- lio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt.

**Essentia.** οὐσία. fit ab infinitiuo esse, & idem est quod esse, quando nominaliter accipitur, quale est apud Pers. Velle suum cuiq; est. Vt enim uelle idem est quod uoluntas, & scire ipsum quod scientia, & posse ipsum quod potentia, & uimere ipsum quod uita: ita esse idem est quod essentia. August. libro 12. de Ciui. Dei: Sicut ab eo quod est sapere, uocatur sapien- tia: sic ab eo quod esse, uocatur essentia, nouo quidem nomine quo usi ueteres non sunt Latini sermonis authores, sed iam no- stris temporibus usitato, ne deesset etiã linguæ nostræ, quod Græci appellant. οὐσία. hoc enim uerbum è uerbo expres- sum est, ut diceretur essentia. Hinc essentiale, (ὀσιώδης) quod est essentia: & essentialiter, (ὀσιώδως) secundum es- sentiam.

**Esto.** (ἔστω, ἔστω) futuri temporis imperatiuū. Interdum con- cedentis aduerbium est. Vergilius: Esto ægram nulli quona- dam flexere marii.

**Esuriales feriae.** dicuntur à Plauto in Captiuis, quibus ab eden- do feriatum sumus. Neque ieiuniosorem, (inquit) neque magis effractum fame uidi, &c. Ita uenter, gutturq; resident esuria- les ferias.

**Esurientes, esurritio, onis, esurigo, inis, & fames,** (ἄστυ) idem sunt: hoc est edendi auaritas. Varro: Vbi lubet, ire licet accubitu accedo strenuosus, silimus, quod esurigo fidebat costas.

**Esurio, is, ire.** pen. cor. iiii. itum. cupio edere, absolutū est: quana- quam & cum accusatiuo inueniantur. Plautus in Curc. Qui homo mature quæsiuit pecuniam, Nisi eam mature parsit, ma- ture esurit. Terent. in Heaut. Modò liceat uiuere, est spes. C. L. Quæ? S. Nos esuritorios satis. Vnde esuritor, uerba- le. Martial. lib. 3. Romam petebat esuritor Turius.

**Esurio, esurionis, qui esurit.** Plau. in Persa: O Saturio opportu- nè aduenisti mihi. S. Mendacium adepol dicis, atq; haud te decet. Nam esurio uenio, non aduenio saturio.

B A N T E T.

**E**t, coniuuclio. Græca est ἔτ, quam per literarū transpo- sitionem etiam Latini susceperunt. Modò copulati- ua: ut Cicero eloquens fuit, & Philosophus. Duplicatur- que interdum, ac completiua est in diuersis rebus: ut, te admi- rantur & ciues & hospites. Vergil. Multum ille & terris ias- elatus & alto. Modò causalis: ut, Quorum Iphitus æuo- lam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyssi. Modò in- terrogatiua, seu expletiua. Vergi. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa uidendi? Modò indignatiua. Æra. Idem: Et quis- quam numen Iunonis adoret Præterea, aut supplex aris ima- ponat honorem? Modò confirmatiua: ut, Et dubitamus ad- huc uirtutem extendere factis? Ponitur interdum pro, id- est. Plau. Annos natus iam sexaginta, & senex. Interdum per etiam. Quint. Tamen si quid aduersus te ipse commi- sit, sit hostis & meus. Verg. Natus & ipse Dea. Interdum pro quia. Idem, Audieras, & fama fuit. Quint. Has primum audiet puer, harum uerba effingere imitando conabitur: &

natura tenacissimi sumus eorum, quæ mollihus animis per- cipimus. Plerunque sententiarum iniitijs competit. Idem: Et finita quidem sunt partes duæ, quas hæc professio pollicetur. Deseruit etiam affectui, & quasi interrogandi uim habet. Cicero, Et sunt qui de uia Appia loquantur, ta- ceant de Curia. Interdum ponitur pro aduerbio ordina- di: ut, Corpusq; lauanti frigentis & ungunt. id est, deinde un- gunt. Item pro quamuis. Cicero, Defendi legem Voconiam magna uoce bonisq; lateribus, & uidetis annos meos. id est, quamuis sum iam ita senex. Huius composita sunt, etsi, (ἔτι) tamen si.

**Etenim,** (ἔτι) significat quia, & modò primū locum, modò secundum obtinet in oratione. Plini. Etenim multa de hac magni tr adiderunt, quæ non sunt à nobis commemoran- da. Senec. Quis etenim inter tot corporis cruciatus salicem- quenquam esse posse existimat?

**Etenim,** (ἔτι) uentis, qui certo anni tempore flant. Hos Strabo libro tertio. Subsolanos uocat. hoc est euros. Hæ quotannis in uigore æstatis perflant 40 diebus post caniculæ exortum. Dicitur etiam. id est, annui. & enim annus, ἔτιος annuus, quod ex omnibus uentis hi maxime stati sint, & singu- lis annis eodem tempore redeant. De his Plinius lib. 37. cap. 1. te 1. & Gell. lib. 2. cap. 29.

**Ethaniōn,** (ἔθων) Græci appellant colum. Vnde uerbum ex- colare, pro eo quod est, purgandi gratia guttatim per colum diffundere. Latini ethanium dicunt pro uase. Athenæus. In Aegyptiorum domibus tria hæc uisuntur arca, cyathus, phiala, ethanium.

**Ethios lapis mortariorum.** Plin. lib. 3. cap. 22.

**Ethicus,** (ἔθικός) pen. cor. Latine moralis, ut Ethica Aristote- lis. Idem: mos.

**Ethnarches,** (ἔθναρχος) gentis princeps. Ethnarchia, prima- cipatus uel præfectura.

**Ethicus,** (ἔθικός) penul. cor. gentilis, ab ἔθνος: quod gentem sa- gnificat. Hieronymus contra Iouini. Et si ducendæ essent, uxores Christianas tantum accipi iuberet, an & ethnicas?

**Ethologos,** (ἔθολόγος) penul. cor. moris expressor, qui gestu ipso corporis, et sono uocis ita exprimit mores hominum, ut gestus & mores eorum loqui uideatur: ab ἔθος, consuetudo, & λόγος ratio. Cic. 2. de Ora. Mimorum est enim & theologorū, si nimia est imitatio, sicut obscenitas, &c. Quibus uerbis Cice- ro nimiam in Oratore imitationem reprehendit, quasi imi- micam, non oratoriam. Budæus.

**Ethopoi,** idem sunt, atq; ethologi. id est, histriones, qui mores imitantur eius personæ quam sustinent. Bud.

**Ethos** (ut inquit Quintilianus) uno uerbo Latine dici nō pos- test. hoc enim omnes mentis habitus continentur: à quo præ- flores quidem & staturarū ethici dicitur sunt. Bud.

**Etiã** componitur ex ἔ, & iam, & significat quoq;. Plautus: Tu ne etiam id rescisti miser? Aliquando significat adhuc. Teren. in Andr. Nihil suspicans etiam mali. Idem in ead- dem: Non satis me pernocti etiam qualis sim Sino. Aliquan- do præterea. Idem: Etiam puerum inde abiens conueni Chre- mis. Ibidem: Immo etiam, quo tu minus scis ærummas meas. Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Etiam, responsio pro- ita. Plin. ad Tacit. Studes inquam? Respondit, etiam. Vbi? Mediolani. Val. lib. 2. Est & aduerbium affirmantis, pro- sic uel ita. Cic. pro Roscio: Si non, quomodo tabulas conficis? Si etiã, quamobrem cum cætera nomina in ordinè referbas? hoc nomen triennio amplius, quod erat in primis magnum, in aduersarijs relinquebas? Et pro, quin potius. Plini. Pæ- neg. Nullius ab eo magistratu ius, nullius autoritas immi- nuta est, aucta etiam. Ponitur quoq; interdum ita, ut in eo intelligatur non solum. Cice. ad Lentul. Cumq; ea contentio mihi magnum, etiam foris, fructum tulisset, hoc est, non so- lum domi & in urbe, sed foris etiam & extra urbem. Idem.

Quoting ager aus hant non inq  
Tynd dno. vng. Ægl. 1.

Attic. 9.

Att. 9. Etiam hæc me sollicitant: quasi dicat, non solum maxima ista, sed etiam minima. Etiam atq; etiam, pro ualde, summopere. Plaut. Aulul. Vide Fides etiam atq; etiã, nunc saluam ut aulam abs te auferam. Cic. Fin. 7. Atqui iste locus est Pifo tibi etiam atq; etiam confirmandus. Etiam dum, pro adhuc, encores. Teren. Hoc ego mali non pridem inueni, neq; etiam d. imscit pater. Etiamne. Plaut. Asin. Teq; obsecro Hercle, ut quæ locutus despuas. D. Fiat: geratur mos tibi. L. age, age excrea. D. Etiamne? L. age quæso hercle usque ex penicis faucibus. D. Etiam. L. amplius. D. Nam quousq; usq; ad mortem uolo. Cice. Attic. 10. Etiam ne Balbus in senatum uenire cogitet? Etiamnum, proufusq; tunc, uel usq; ad id tempus. Plaut. Truc. Mihi etiamnum quid sit negotij, falsus incertusq; sum: nisi quia Timeo tamen. Etiam nunc pro usq; nunc, usq; ad istud tempus. Idem Amphit. Lassus sum hercle è nauis ut uectus huc sum, etiam nunc nauiseo. Ponitur & pro nunc nunc, extemplo. Idem Aulu. Abscede hinc etiam nunc, etiam nunc, etiam, ohe Istic adeslo. Etiam tum, pro usq; tunc, uel usq; ad id tempus. Terent. Hecy. Me educit foras, narratq; ut uirgo ab se integra etiam tum fiet. Cice. de Orat. Omnes etiam tum reuinebant illum Periclis succum. Hadrianus Card. Quod multi (inquit) insecitè quidem & minus Latine dicunt, usq; nunc, usq; tunc, usque ad id tempus, perfecti illi Romani sermonis parentes, etiam nunc, etiam tunc, uel etiam num, etiam tum dicebant.

Etiamnum, (ἐπιπλέον) ponitur pro quoq; Plini. Quod eo magis miror si etiamnum, Homero prodente, Aegyptus non erat.

Etiam, coniunctio, quamuis, & indicatio iungitur.

Etymologia, (ἐτυμολογία) Latine ueriloquium. ἔτυμον uerum, λόγος & rationem significat. Cic. 1. Acad. Verborum etiam explicatio probatur. id est, qua de causa quæp essent ita nominata, quam etymologiam appellant. Sed quia ueriloquii (ut inquit Boetius) minus in usu Latini sermonis habetur, Cicero etymologiam uocat notationem, quia notam facit rem de qua prædicatur. Aristot. symbolum nominat. Alij uim intuiti, originationem uocant.

Etymon, etymi, idem quod etymologia. Var. 1. de re Rust. capite 48. Videtur uocabulum etymon habere à glumendo, quod eo folio deglubitur granum.

Etymologus, qui rationem uerborum indagare solitus est.

Vacuare, exmanire.

Euado, dis. si. sum. finem maximè spectat, & significat exera uadere, effugere, exire, euolare, erumpere. εὐάδω, ἔκφυγον. Ver. Aeneid. 9. Nostras ne euadere demens sperasti te posse manus? Cicero pro Cælio, Potuerunt ne meliori tempore profilire, quam cum Licinius uenisset? cum in manu teneret ueneni pyxidem? quæ cum iam erat tradita seruis si euassissent subito ex balneis mulieris amici, Liciniumq; cõprehendissent, &c. id est, si è balneis erupissent. Caesar: Reliquos equites consecrati, paucos, qui ex fuga euaserant, reliquerunt. Sic euadere è manibus hostium, apud Liuium. & euadere ex iudicio aliquo, apud Cice. quod liberationem quandam præse ferre uidetur: quemadmodum & Sallust. dixit: At mi Marius signa inferre atque euadere oppido properauisset, profectò cuncti aut magna pars fidem mutauissent. εὐάδω, ἔκφυγον. Cicero Tuscula. primo: Accedit ut eo facilius animis euadat ex hoc aere. Et de Seneca. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit, animos dum in corporibus essent mortalibus, uiuere: cum exissent ex ijs, emori: nec uerò tum animum esse insipientem, cum ex insipienti corpore euassisset. Ponitur etiam hoc uerbum pro euenire, uel exitum habere. Teren. And. Quam timeo, quorsum euadas. id est, ad quem finem perueniat oratio tua. Idem: Et heri semper lenitas uerebar quorsum euaderet. Cicero Attic. 16. Tu quidem & prudenter & amice suades, ut in his locis sum potissimum,

quoad audiamus hæc, quæ commota sunt, quorsum euadant. Plautus Asin. Demror quid sit, & quod euadat sum in metu. Item profueri. εὐοβαίνω. Cicero in Verrem. Tu eiusmodi euassisti, in furis ac diuisoris disciplina educatus. Idem Bruto: In dicendo pauci digni nomine euadunt. Et, Fuit autem Athenis adolescens, perfectus Epicureus euadere ad uel in, pro ascendere. (ἐνέκλιπ, ὑπάναγ.) Vergilius: Euado ad summi fastigia culminis. Sic, Euadere in muros, euadere in summum, euadere ardua, apud Liuium. Euadere ante oculos, pro apparere. Verg. Ut tandem ante oculos euasit & ora parentis. Euadere ad coniecturam, id est, consequi coniectura. Plautus: Nunquam hodie quiti ad coniecturam euadere. Euadere in malum. Teren. Adelp. Verum nimia illæ licentia. Profectò euadet in aliquod magnum malum.

Eualeo, es. penult. corr. à quo eualesco, (εὐαλέω) ualde ualidus fio. εὐαλέω, ἰσχυρόω. Plinius libro decimoquinto. Quæ postquam eualuuit, flaccescente patritia Marsico bello, languida auctoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcit maiestas.

Euäluo, as. (εὐαλύω) extra ualuas excutio, è ualuis eijcio. Plin. lib. 18. Et ipse autem quæ eualuantur, uariam picturarum rationem habent.

Euän, (εὐών) interiectio, & exclamantis uox laudantium Bachum: & interpretatur, bone puer. Potest tamen declinari secundum Priscianum, euant. Vergilius libro sexto. Euantis orgia circum.

Euäneo, es. (εὐανέω) pen. prod. à quo euanesco, quod est uanus fio, seu in nihilum redigor. Lactan. lib. 7. Non est anima uitiu, si uisus euauit. Plin. lib. 9. cap. 51. Verè pectines, liamaces, hirundines eodem tempore euanescent. Cice. de Claris orat. Isq; & orationes reliquit, quæ iam euauerunt. Idem ad Attic. lib. 3. Postquam extenuari, & euanescere spem nostram uidi, mutauit consilium.

Euänidus, a. um. (εὐανίδης) sine fructu. Columel. de Arb. cap. 17. Nam quæ in proceritate extenduntur, euania dæ fiunt, parum fructus ferunt. Plin. lib. 17. cap. 5. Quædam ex ijs senescunt, paulatim uiriditate euania.

Euängeliüm, (εὐαγγέλιον) Græcè significat bonum siue lætium nuncium: ab εὖ bonum, & ἄγγελλον nuntio: quasi bona nunciatio. Salutem enim (ut inquit Athanasius) nunciat omnibus filijs Dei. Quare autem bona sit nunciatio, Eusebi. libro de Præparatione sic ostendit: Euangelium dicimus, quod æternorum atq; incorruptibilium bonorum, quæ certè suprema & maxima sunt, & ex antiquissimis prædicta temporibus, nusper uerò splendore sui orbem illustrantia, eunctis hominibus annunciat. Quod non cæcas caducasq; huius sæculi diuitias, nec breuem hanc calamitosamq; uitam, nec instabilia corporis commoda: sed animarum, quæ intellectuales substantiæ sunt à quibus etiam corporum bona quasi umbram consequentia dependent, summam propriamq; nobis affert felicitatem.

Euangelia, orum. pluraliter, & neutro genere, dicuntur sacrificia & supplicationes, quæ pro iucundo nuncio decerni consueuerunt, uel etiam merces allati iucundi nuncij. Cice. Att. O suaues duas epistolas, quibus euangelia deberi fateor. Idem ad eundem: Ita ne nunciat Brutus, illum ad bonos uiros euangelia: sed ubi eos nisi forte suspendit. Vlpian. in l. falsus, paragr. qui alienum quid. ff. de furt. Ergo si ea quæ dicunt Græci euangelia, petat. id est, mercedem pro rei inuenta uel reperta nuntio. Sunt qui hoc loco menytra legendum existiment: hoc est, indicium, uel præmium.

Euänno, as. are. uentilare, uel mouere: à uanno, in qua legumina uentilantur. Pomp. in Pann. Dixi ego illud futurum, in prima ualua est, uix hæres misera, euannentur, & mea ocyus opera ut fiat, secero. Var. 1. de re Rust. cap. 51. Ita fit, ut quod leuissimum

uissimum est in eo, atq; appellatur acus, euannetur foras extra aream.

**Euāsto.** ar. are. idem quod uastare significat. Lii. 10. ab Vrbe, Ibi duo cōsulares exercitus, diuersis uagati partibus, omnia quinque mensium spacio euastauerunt.

**Euāpēlōs,** pen. prod. stolidos & amentes dictos refert Phocion grammaticus.

**Euāx,** (υδοι) interiectio exultantis. Plau. Euax iurgio uxorem tandem abegi.

**Euēriā,** (ευερία) Latine opportunitas dicitur. Cic. 1. de Finibus: Et quemadmodū opportunitas (sic enim appellamus euēriam) non sit maior productione temporis. Idem 1. Officiorum. Occasionem interpretatur.

**Euēhāristiā,** (ευχαριστία) Latine bona gratia. ex υ & χαρις gratia, gratitudo & gratiarū actio. Eucharisticon, liber in quo gratiæ redduntur.

**Euēhylā,** (ευηλα) res dicuntur, quæ sunt boni succi, ut est caseus mollis. Caseus uerō uetus à Cor. Celso numeratur inter res cacochylas. id est, quæ sunt mali succi, ut sunt legumina, salsamenta.

**Euēdōxiā,** Latine bona fama dicitur. Cic. 3. de Finib. De bona autem fama, quam appellant υδοξία, aptius enim est hoc loco bonam famam appellare, quam gloriam.

**Euēho.** is. (ευηο) extra ueho. Varro lib. 1. de re Rust. Quarto eundem fructuosiore facit uelura, si uia sunt qua plaustra agi facile possint, aut flumina propinqua, quæ nauigari possint, quibus utrisq; euehi atq; inuehi ad multa prædia sciunt. Lii. lib. 1. bel. Pun. Vbi primum tranquillitas maris in altum eueisset. Et lib. 1. ab Vr. Vt in collem Exquiliarum eueheretur. Per translationem significat extollo, (εωραζω) unde Euectio (εωραζω) extollentia. Et Budæus, Euectiones (inquit) dicitur diplomata, siue chartula signo principis obsignata. In tract. de cursu publi. Euectiones ab omnibus postulentur: & tam iudices quam custodes. Euectus. tus. uectio & portatio, quæ sit uel nauibus uel curribus in aliquem locum, Plinius libro 18. ca. 7. Malus est ager, cum quo dominus uelatur. Cato inter prima spectari iubet, num solum sua uirtute ualeat qua dictum est positione, ut operariorum copia prope sit, oppidumq; ualidum, ut nauigiorum euectus uel itinerum.

**Euēllo.** lis. euelli, & euulsi, euulsum. u. quadam uellere, siue extrahere, extirpare: Vt euellere sibi capillum uelut, Cic. 1. Tu scul. Et ad Atti. 15. Excisa enim est arbor, non euulsa. Sic euellere se ex complexu, apud eundem: & Euellere sese ex ceno, apud Plinium lib. 8. cap. 42. Per translationem, Euellere sibi scrupulum ex animo, Cic. pro Rosc. & pro Cluen. Euellere opinionem aliquā ex animis hominum. Vnde & euulsio uerbale. Cic. De Nat. Qui primus purgationes alui, densisq; euulsionem inuenit. Vide Vello.

**Euēnio,** euenis, pen. cor. eueni, euentum. uenire, accedere, redire. Plaut. Casina. Sine modo rus eueniat, remittam ad te uisum. Item quemadmodum euadere, est per quancunque difficultatem ad aliquid peruenire, exitum habere. Plautus Most. Hei mihi, commista hæc blanda dicta quod eueniant ma deo metu. Idem Epid. Expectando exedor miser, atq; exentor, quod mihi Epidici blanda dicta eueniant: nimis diu maceror. Sæpius tamen ponitur pro contingere, accidere. εὐνοία, & εὐνοία, & tam in malam quam in bonam partem accipi solet. Plaut. in Asin. Opta id, quod ut contingat tibi uis AR. Quid si optaro? L E. Eueniet. Idem Persa: Quid agitur? T. Viuitur. S. fatin ergo ex sententia? T. Si eueniunt quæ opto, satis. Idem Mercat. Omnia mihi hodie eueniunt præter sententiam: non uiuam uesperis, Nisi illanc à me scelestam abigam. Cicero Offic. 1. Quod autem in poematibus & in picturis usu euenit, in alijsq; compluribus, ut delecentur imperiis. Idem Fami. 2. Ex quo uereor, ne idem

eueniat in meas literas. Dicitur quoque de prouincijs, & magistratibus sorte alicui uenientibus. Sallust. in Jug. Metellus & Syllanus C O S S. designati prouinciam inter se partitiuerant, Metelloq; Numidia euenit. Euenit, impersonaliter, pro ita cecidit. Terentius in And. Quid tu Athenas insolens? C. Euenit.

**Euēntūs,** (εὐνοία, & εὐνοία) generis masc. & quarti ordinis, tam in plurali quam in singulari dicitur, quod casu aut fortuna nobis euenit, tam in bonum quam in malum. Cic. lib. 1. de Orat. Vt enim quis optime dicit, ita maxime dicendi difficultatem, uariosq; euentus orationis, expectationemq; hominum pertimescit. Similiter dicitur euentum neutro genere, quod in plurali euenta facit. Lucreti. lib. 1. Euentum dici poterit, quodcumq; erit actum. Cicero in partitionibus: Si cuiusq; facti & euenti causa ponetur. Idem de Diuin. Si euenta quæriamus, quæ exquiruntur a uibus. Et ad Atti. Semper cause euentorum magis mouent, quam ipsa euenta. Quod est contra Vallam & Sipontinum. Aliquando etiam euentus (εὐνοία) finis rei dicitur. Ouid. Careat successibus opto, Quisquis ab euentu facta notanda putat. Euentum præstare, est hie sua esse iube rei futura euentum, & in se omne eius periculum deriuare, (εὐνοία & εὐνοία) εὐνοία.

**Euērrātor,** dicitur qui iure accepta hereditate iusta facere de functo debet: quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbauerit, suo capite luat. Id nomen ductum à uerrendo: nam exuerra, sunt purgationes quædam domus, ex qua mortuus ad sepulchrum ferendus est, quæ sit per euerriatore, certo genere scoparum adhibito, ab extra uerrendo dictarum.

**Euērricūlū,** li. rete est piscatorium, sagena à Græcis dictum: & à uerrenda aqua sic appellatum. Var. de re Rust. cap. 17. Cum neq; euerriculo illi in littus educere possent uiuam sagenam plebeia canæ pisces. Cic. 6. Verr. Qui Centuripinor compulerat edicto, omnia ad se argentea uasa comportare, & quibus emblemata abstulerat, redditis puris uasis, genere rapinæ improbiissimo. Quod unquam (inquit) iudices huiusce modi euerriculum in illa prouincia fuit? alludens ad Verris nomen, & ad significationem uerbi. Idem 1. de Nat. cum iudicia bona fidei recessisset, addidit hæc uerba: Inde euerriculum malitiarum omnium iudicium de dolo malo, quod Caius Aquilius familiaris noster protulit: quem dolum idem Aquilius tum teneri putat, cum aliud sit simulatum, aliud actū. Actionem de dolo euerriculum appellat, quo scilicet euerruntur fraudes hominum & uita ciuili: est enim hæc actio prodita ad terrorem hominum subdolorum, qui ignominiam eius iudicij formidant. Hæc Budæus.

**Euērrō.** is. euerrī, euerrum, uerrendo nitidum facio, extra seu ualde uerro. εὐνοία, & εὐνοία. Colum. lib. 8. Stabula frequenter euerranda & purganda, humorq; omnis urinae deuerrendus est. Cic. 1. Verr. O Verrea præclara, quoquam si accessisti, quod non attuleris istum diem. Etenim quam tu domum, quam tu urbem adisti, quod factum deniq; quod nō euerrum atq; extersum reliqueris?

**Euērrō,** euerrī, euerrum, extra ueruo, eruo, demolior. εὐνοία, & εὐνοία, & εὐνοία. Semper enim significat ruinam alicuius magnæ rei. Cic. lib. 1. Offic. De euertendis diripiendisq; urbibus ualde illud considerandum est. Vergil. Priamiq; euerrere gentem Immeritam uisum est superis. Vnde & euerriones, (εὐνοία, & εὐνοία) dictæ sunt.

**Euēstigiō,** (εὐνοία, & εὐνοία) aduerbium pro confestim, propteranter: & dicitur uel quod stans aliquis in eodem uestigio facit, unde statim dicitur: uel quantum tempus est in uno uestigio faciendo, quod est breuissimum. Vel tractum est ab his, qui se planta mouentes nihil tardant aliquid perficere, & illi negotio quod eis imminet, nullam aliam rem anteuorunt. Vel cum aliquid repente fieri uolumus, ita dicere solemus, Antequam è uestigio moueare, hoc exquire. Cicero Fami. 4. Postea

Postea se à Marcello ad me missum esse, qui hæc nunciaret, & rogaret, uti cogere medicos. Coegi, & è uestigio eò sum profectus prima luce.

**Eugē,** (εὐγενής) interiectio assentientis, quasi sponte sua congratulantis.

**Eugēniæ,** uua à generositate nuncupantur. Græco enim uocabulo, (εὐγενεία) dicitur nobilitas. Cato libro 6. De re Rust. capite 25.

**Eugium,** (εὐγιῶν, εὐγιῶν, εὐγιῶν) caro eminula, inter cunni symplegadás. Vnde scindere eugium, est puellam inscendere. Næuius: Sine eugio puellam inuenit. Laberius: Quenam ment, quæ dicitas uos suppilatores fecit, cum cano eugio uelitari?

**Euidens,** pen. cor. quod aperte uidetur & intelligitur, nõ quod uidet & intelligit. οὐρανόθεν, εὐρανόθεν. Cicero de Vniuers. Atque ut esset mensura quedam euidens, quæ in istis octo cursibus celeritates, tarditatesq; declararet. Sic euidens ratio, euidens argumentum. Vnde euidencia. (εὐρανόθεν) denomiatiuum. Cicero quarto Acad. Propterea quòd nihil clarius uisibile, ut Græci: perspicuitatem aut euidenciam nos, si placet, nominemus, fabricemusq; si opus erit, uerba. Euidenter, aduerbium, (εὐρανόθεν) Liuius 6. ab Vrbe. Vel fateari nobis ea, cum tam euidenter pœnituerit, tutum censemus.

**Euiratus,** (εὐρανόθεν, εὐρανόθεν) modò cui amputata sunt uirilia dicitur. hoc est, eunuchatus. modò lasciuus, perditus, atque effœminatus. Plautus Adulescens euiratur ac molalis. Ab euiro. as. quod significat uirilitatem aufero, & effœmino. Vnde & euiratio pilorum apud Plinium libro uigesimo nono, capite primo, quæ est deglabratio & uirilitatis ablatio per pilorum abrasionem. Varr. Marcip. Euirauit omnes Veneti uaga pueros.

**Euiscero.** as. (εὐρανόθεν) Vide in dictione Viscus.

**Euito.** as. (εὐρανόθεν) penultima producta uitam eripio, uita spoliis: sicut letare, est leto multare. Est tamen uetus uerbum, planèq; pœticum. Cicero libro tertio Tusculanarum. Hæc omnia uidi inflammati, Priamo uitam euitari. Euitare etiam dici potest ualde uitare, cauere, fugere. εὐρανόθεν, εὐρανόθεν. Cicero de Amicitia. Est enim uarius & multiplex usus amicitia, multaq; cause suspicionũ, offensionũq; damnantur, quas tum euitare, tum eleuare, tum ferre sapientis est. Horatius libro primo Carm. Metaq; feruidis Euita rotis.

**Eulogium,** dicitur benedictum. εὐλογία benedico. εὐλογία benedictio, munificencia, beneficencia. Eulogos, rationabilis. Cicero, Ad Atti. libro 11. Locum hominibus non sanè probo quòd est desertior, sed habet εὐλογία. Vbi interpret, Eulogiam, honestam rationem, uel probabilem: & rationabiliter mihi commodus erit, qui desertissima quæro, ac loca inaccesisa, quæ nulla humana sit uia trita pede. In Decretis canonicis eulogia pro benedictionibus, siue muneribus, quæ ministri sacerdotum ad synodum conuenientes, maioribus summatisq; sacerdotibus deportant. Vnde 21. Distinc. scribitur de eulogijs ad sacra cõcilia deferendis, nihil inuenimus à maioribus determinatum.

**Eumecēs,** balsami genus, quod leui cortice cæteris sit procerius. εὐμεκēs enim Græcè, procerus & prolixus dicitur. Plinius libro 12. capite 25.

**Eumetris,** gemma, quæ capiti supposita, nocturna uisa ad oraculi similitudinem reddit. Plin. lib. 37. cap. 10.

**Eunomia,** (εὐνομία) est recta iuris legumq; constitutio: quo nomine Dea illa uocatur, quam Demosthenes alteram iudiciorum præsidem facit. Duplex est eunomia, una quidem recta iuris constitutio, altera uerò rectè iuri constituto obtemperatio. Et eunomi, (εὐνομοί) populi dicuntur, qui recta legum institutionumq; ratione utuntur. Budæus.

**Eunuchizo.** as. (εὐνομοί) castro. Hieronymus contra Iouin.

Sunt eunuchi, qui de utero matris ita nati sunt: & sunt eunuchi, qui ab hominibus eunuchizati sunt: & sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cælorum.

**Eunūcho.** as. (εὐνομοί) eiusdem significationis. Var. in Lege Mæuia: Si qui patriam maiorem parentem extinguit, in eo est culpa: quod facit pro sua parte is, qui se eunuchat, aut alia qua liberos producit.

**Eunūchus,** (εὐνομοί, εὐνομοί) penult. prod. castratus: ab εὐνο, quod est cubile, & χος custodia: quia id hominum genus adhibebatur seruandis cubilibus regum, quasi eunoëchus, & per synæresim eunuchus.

**Euocati,** (εὐνομοί) dicuntur non qui iusti milites sunt, sed qui repentina aliqua necessitate ex agris in bellum tumultuariè uocantur. Hi pro militibus ducebantur. Sallust. Ne quis miles, neu pro milite.

**Euoco.** as. (εὐνομοί, εὐνομοί) penultima correpta, extra uoco. Plautus in Amph. Euocate huc Sossiam. Terentius Eunūcho. Num quem euocari hinc uis foras? Plautus Amph. Tu gubernatorem è nauis huc euoca meis uerbis, Blepharone, ut re diuina facta mecum prandeat. Sic euocare ad cœenam, euocare ad colloquium, euocare ad pugnam, &c. Cicero Att. 2. Tuas Numesio literas dedi: sic te his euocabam, ut nihil acrius, neque incitatus fieri posset. Euocare aliquem Romam, aut ad aliam urbem, est suadere alicui, ut eum locum in quo est deserat, & ad nos ueniat, siue Romæ simus, siue alibi. Cicero in Verrem tercia. Pericles Ephesius homo nobilissimus Romam euocatus est, quòd author iniuriæ illius fuisse argueretur. Euocare deos, est inuocare & implorare. Vnde euocatio sacrorum, de quo Macrob. libro tertio. Satur. capite 8. Euocare, inquit, Seru. est ad diuersa loca aduersos cogere exercitus. Cicero pro Rab. De teipso Labie ne quæro, cum arma ex senatusconsulto consules euocassent, cum armatus Aemilius in comitio stisset. Cæs. Bel. ciuil. 1. Magnus numerus equitum Romanorum & decurionũ, quos ex municipijs Domitius euocauerat. Per translationem est quasi extraho, retraho. Cicero. Tusc. Nam quid aliud agimus, cum à uoluptate. id est, à corpore, cū à re familiari quæ est ministra & famula corporis, cum à republica, cum à negotio omni euocamus animum.

**Euolārē.** Vide in Volare.

**Euomo.** is. u. itum. extra uomo. Vide Vomo.

**Eupatoriā,** uel Eupatorium, (εὐπατόριον) herba genus, caulis lignosi, nigricantis, hirsuti, cubitalis, aliquando & amplioris. Plin. lib. 25. cap. 6. Omnino est ea herba, quam Dioscorides ait à Latinis Agrimonā uocari: à Germanis odera meng, uel bruchvurtz.

**Eupetālōs** (εὐπέταλος) gemma ignea in primis colorem habens, sed cæruleo & myny, ac mali coloribus admixtis. Plin. lib. 37. cap. 10.

**Euphantasiōtōs,** (εὐφρανσιώτος) Latine dici potest, qui bene aliquid imaginatur.

**Euphemiā,** (εὐφημία) nomen mulieris, & Latine dicitur laus, fauor. Euphemus, (εὐφρημος) boni nominis.

**Euphoniā,** (εὐφωνία) bona sonoritas uel uocalitas.

**Euphōnūs,** (εὐφώνος) concinnus.

**Euphōrbium,** (εὐφώριον) & euphorbia, herba ab Euphorbio medico Antonij Musæ fratre dicta. Nascitur in Aphrica monte Tmolo, in Mauritaniæ parte, è regione Hispaniæ Plinius libro 25. cap. 8.

**Euphrāsīnūm,** seu Euphrosynum, herba est, alio nomine buglossa. Sic dicta quòd lætificet. Græci enim εὐφράσινον lætificationi dicunt. Plin. lib. 25. cap. 8.

**Euplētōn,** structura genus in adificijs tantummodo, frondibus politis, quasi εὐπλετόν. id est, bene casum.

**Euprēpiā,** (εὐπρέπια) Latine decor, ex εὐ bonum, & πρέπια decens.

Eureos, gemma quae nucleo oliuae similis est. Plinius libro trigesimo septimo, capite 30.

Euripidius, (εὐριπίδης) numerus in talis quadragenarius ab Euripide inuentus.

Euripus, (εὐριπός) dicitur fretum, id est, mare angustum: qualis est Euripus Taurocomitanus in Sicilia, & alter in Euboea, Plinius libro 37, capite 10. Et libro. 6. cap. 23. Per Euripos tamen quosdam peragitur, de Ocroate flumine loquens. Item Euripi, penult. produ. canales, seu ductus aquarum aliunde deductarum in sublimē salientium, si paulo post minutiores sint, quos intra domos Romani per pratum ducebant. Si autem maiusculi sint, Nili dicuntur. Cicero lib. 1. De Legibus: Ductus aquarum, quos isti Nilos Euriposque uocant, quis cum uiderit, non irriserit? Euripi quoque sunt fossae, in ludis circumdatae prosepis, quorum loca temporaria prius clostra fuerunt, authore Plinio. Spartianus in Helio. Euripis uino plenis nauales Circenses exhibuit. Quidam euripos interpretantur piscinas. Euripus uindas flauit instabilis.

Eurocias, gemma quae situ uidetur operire nigriciem. Plinius libro 37, cap. 10.

Eusebes, gemma ex qua Tyri in Herculis templo facta sedes, ex qua facile dii surgebant. Plin. lib. 37, cap. 10.

Eusebia, (εὐσεβία) pietas, religio.

Eusymbolus, (εὐσύνβολος) Latine bonum omen dicitur.

Eutaxia, (εὐταξία) Latine bona ordinatio dicitur.

Euthale, (εὐθάλη) lauri genus. Vide in dictione Daphnoides.

Euthymia, (εὐθυμία) animi tranquillitas. Laërcius in uita Democriti, Finem esse rectum quietumque animi statum, quem eueuthymiam dicit, dum nullo metu, nulla superstitione, aut alia quavis perturbatione agitur. Cice. 7. De Finib. Democriti autem securitas, quae est animi tanquam tranquillitas, quam appellant eueuthymiam, eo separanda fuit ab hac disputatione, quia ista animi tranquillitas est ipsa beata uita.

Euthymia, (εὐθυμία) significat non per diuerticula itinerum quae obiectu montium, & interuentu conuallium, aut fluminum flexu plerumque necessaria sunt, sed in directum acta mensura.

Eutrapielus, (εὐτραπίλος) pen. cor. quidam aiunt significare tricubitos. Martial. Eutrapielus tonsor dum circuit ora luperici. Vide Plinius libro septimo, circa principium. Alij putant hoc nomen significare apud Graecos eum, qui facilitate quadam morum praeditus est: hoc est comis, lepidus, elegans & facetus.

Eutrapielia, (εὐτραπίλια) comitas, facilia.

Eutycheus, (εὐτυχῆς). Latine fortunatus, cui omnia ex sententia succedunt. Nam εὖ bonum, & τύχη fortunam significat.

Euzonum, (εὐζώνιον) bonum ius. εὖ bonum, ζώνιον ius, quod eo meditur. Graeci erucam herbam sic uocant.

Euzonotus, (εὐζώνωτος) strenuus. ζώνιον cingulum. Nam qui militat, cinctos dicimus, disinctos inhabiles.

B A N T E X.

Ex, in, &c. praepositio, de qua supra in E, & Ex. Ex aduerso appellare, uide in dictione Appellare.

Ex disposito. Ex praeposito. Ex praeparato. Ex tempore.

Ex ordine. Ex praescripto. Ex iure. Ex uinculis causam dicere. Vide infra.

Exactior, ἀσπράκτωρ. & Exactio, πρᾶξις, ἀσπράξις. Vide in dictione Exigo.

Exactum, praeteritum, transcursum. ἀπὸ τοῦ ἀκρίβους, ἀσπράκτωρ. Vergil. lib. 3. Georg. At tribus exactis, tibi quarta accesserit aestas. Exacti menses dicuntur, qui circa partum sunt. φθία νότος. Idem, Exactis grauidae cum mensibus errant. Item exactum, diligens. Et exacte, τὸ ἄκρως, ἀπικρίβως. Valer. Max. Quia nunquam remotos ab exactissimo cultu ceremoniarum oculos. Item exhaustum, superatum, ἐκτῆρας μίσθον. Seneca, Vt tot procellis tempestatibusque exactis, alii

quando in portum ueniamus. In hunc sensum Veteres exactum accipiunt. Exactum (εὐαξίς) substantiuum, significat exactiorem. Quintilianus de pastu cadauerum, Sacros sanctus mercator opportunus, opinor, inuenit mercis exactum. Exactus uero, εὐαξίς, ea significat quae exigo. Habet & alia significata, de quibus in dictione Exigo, gr.

Exactio, ἀσπράκτωρ. are. irritare, ad iracundiam prouocare. Linius 8. ab Urbe, Cum omnes affirmarent in se sius Papyrium exacturum, agitatum contentione ipsa, exacerbatumque, clam ex castris Romam profugit. Suet. in Gal. Atque eo quidem nomine omnes qui ubique erant, exacerbauit.

Exactior, ἀσπράκτωρ. ualde acerbis exactior, ἀσπράκτωρ. quod ab exactioribus fieri constat, licet acerbior arò inueniatur. Apul. in Apologia: Quis est tam misis quin exacerbescat?

Exactio, ἀσπράκτωρ. cohortor. Cic. At. 198. Velim cohortere & exactas Cloatium. & de Leg. 168. Cum homo exactus illam ingenij aciem ad bona diligenda, & reijcienda contraria.

Exactifico, perfecte edifico. ἀπὸ τοῦ ἀκρίβους. Aliquando significat domo priuo, domo eijcio. Plau. in Trin. Nam exactificasse me ex his aedibus, si absque te foret. Exactificare inchoatam ignauiam, per translationem: hoc est exacerbare, uel continuare. Idem, Qui exactificaret suam inchoatam ignauiam. Vide in dictione Aedifico.

Exactio, ἀσπράκτωρ. Vide in dictione Aestuo.

Exactio, ἀσπράκτωρ. magna exaceruatio, pomiturque pro altitudine & excellentia. Translatio sumpta a terra, quae exaggerata, & in aggerem erefla, iustollitur in fastigium. Cice. lib. 1. Tuse. Hoc tibi propono, amplitudinem animi, & quasi quandam exaggerationem quam altissimam animi, qui maxime eminet in contemnendis & despiciendis doloribus, unam esse omnium rem pulcherrimam. Oratores exaggerationem, (ἀσπράκτωρ, ἀσπράκτωρ) facere dicuntur, quando pluribus uerbis unam eandemque rem uehementer dicunt, quae res maxime uenustat orationem. Apud Catonem luculentia illa exaggeratio est, Succidias humanas facis, decem funera facis, decem capita libera interficis, decem hominibus uitam eripis, in dicta causa, in iudicatis, in indemnatis.

Exactio, ἀσπράκτωρ. Vide Aggero.

Exactio, ἀσπράκτωρ. significat uehementer uexo. οἰσπράκτωρ. Plautus in Mercat. Mala bilis cruciat me, atque exactat. Cice. 7. Ver. Spoliati & exactati aratores. Laelian. lib. 6. Poeta tres furias esse dixerunt, quae mentes hominum exactent. Item significat exactio, ad iram prouoco. Sallust. Tamen quia in tali tempore tanta uis hominis magis lenienda, quam exactio tanta uidebatur.

Exactio, ἀσπράκτωρ. a. penu. prod. masculini gen. qui educit & exportat: ut, exactio bonorum. Plautus in Truc. In hac simul muliere damngeruli foras gerrones, Bonorum exactio. Exactio, a femini gen. educitio, prouentus, redditus. Plaut. in Truc. Iste dum sic faciat domum Ad te exactio. Idem in Rud. Teque oro & quae speras tibi Hoc anno multum futurum sitre & laferpitium, Eamque futuram exactio saluam & sospitem.

Exactio, ἀσπράκτωρ. is. ere. pallefcere, & colorem pristinum in albu commutare. Cicero 4. Acad. Si qui fremerent, & exalbescerent. Idem 1. De Ora. Equidem & in uobis animaduertere soleo, & in meipso sapissimè experior, ut exalbescam in principijs dicendi, tota mente, atque omnibus artibus contremiscam.

Exactio, ἀσπράκτωρ. a. um. idem quod albidus, nisi ex praeposito aliquid minuat de significatione. Plin. lib. 24. ca. 19. Folia urticae in medio exalbida, eadem procedente tempore tota rubentia.

Exactio, ἀσπράκτωρ. nas. (μυλασπράκτωρ). Vide in dictione Alburnum.

Exactio, ἀσπράκτωρ. in altum eleuo. μύτρωσις, ἀσπράκτωρ. Colu. Senam pedum latitudinis fulcos dirigunt, fodiuntque & exaltant in tres pedes. Per translationem, significat magnifice laudo.

Exactio

Managas, Seneca in Hera, cule Olyo. penultima longa. Circa et Bozoni carmen. Exeplum in ore seu Euripi, penult. buxi, nisi sagum fuerit. Cipi i de p d u a i a. Dionysio Atos, Avepeo di k e m b o i u. u poi e i p h o i m e n o i e r. De Euripo plura uide in lex p p u a.

**Exaluminatus**. t. a. tum. denominatiuum ab alumine. Plin. lib. 9. cap. 37. De unionibus, Summa laus coloris est, exaluminatos uocari. id est ad colorem aluminis accedentes.

**Examēn**, (ἐξάμην, ὀφθαλμῶν) noua apum soboles, quam parentes ex suis aluearibus ad nouas sedes querendas exire cogunt, quod hæc ita uniantur, ut simul ligatæ uideantur. Nec solum de apibus, sed etiam ad alia refertur: ut, Examina piscium, Plinius. Examina infantium, Plin. Iun. Examina seruatorū, Cice. Rursus examen, (ἔρασμα) stylus est in lance siue statera, qui quò pondus se uergit, exit. Verg. lib. 10. Iupiter ipse duas æquato examine lances. Hæc bilancis seu statera lingua, ab alijs æquamentum, ab alijs libramentum, ab alijs æquilibrū & trutina dicitur. Vnde metaphoricè ponitur pro æquamento, & iudicij inuestigatione. ἀνάκρισις. Persius, Examēnq; improbum in illa Castiges trutina.

**Examino**. nat. penul. cor. scrutor, & inuestigo æquandi caussa. ἔρασμα, ἀνακρίσις. Plinius in Epistolis, Examina singula uerba, & expendit. Cicero 2. de Oratore, Ad ea probanda, quæ non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinantur.

**Examurcari oleum**, (ἀμαρτυρία) dicitur, quando ab amurca defecatum sit. Apuleius lib. 4. Ac dum cælestis uaporis flammis examurcatur.

**Examusim**, (ἀμαρτυρία) uide in dictione Amusis.

**Exanelo**. clas. siue potius exanilo, (ἐξανέλω) ab ex, & anilo, Prisciano docente: anilo uero pro antlor, significat effundendo, exhaustio, supero. Plaut. in Stich. Ne iste ædepol uinum potulo exanilauit. Cicero lib. 1. Tusc. Quod cum exantlauisset omnes labores, tum incidere in mortis malum sempiternū. Aliquando exantlare, est perpeti. Lucil. lib. 30. Quantasq; modo ærumnas, quantosq; labores exantlaris. Aliquando perficere. Pacuuius, Non potest Menalippe hic sine tua opera exantlari clauus. Qui etiam exanilo rectè dici putant, & exponunt pro excipio, perfungor, haurio, citant Ciceronem de D. 121. Tot annos ad Troiam belli exanclabimus annos.

**Exanguē**, (ἐξαιμοσύνη, ἀναιμοσύνη) dicimus quod sine sanguine est, & pro pauido capitur. Cic. 7. Verr. Ne deniq; etiam exanguium corpora mortuorum, ne moror, &c. Liuius 3. Bel. Pun. Propè exanguis ruina superincidentium.

**Exanimālis**, quod non est animal, uel quod est sine anima. ἄψυχο. Plaut. in Bacch. Nam neq; Bellona mihi unquam, neque Mars creduat in illum exanimalem saxo, ni ue exheredem fecero uitæ suæ.

**Exanimō** est, (ἐξαναίω, ἐξαναίωσις) ut natura fert: hoc est, ut refert naturalis ingenta actio. Ex animo facio, significat facio quod in animo uolo, ut sit quasi ex animi sententia. Ex animi enim sententia locutio est quotidiana, qua uiuimus quando significamus aliquid factum esse prout optamus, & uoluimus. unde dicimus. Habes iam uxorem ex animi sententia. κατὰ γνώμην.

**Exanimō**. as. (ἐξαναίω, ἐξαναίωσις) capitur sicut animo, de quo supra, nisi quod ex præpositio significat extra, siue cum animā quis emiserit, siue cum penè animū pauore amiserit. Quando ab animo fit, significat perterreo, perturbo. Plaut. in Aulul. Nimis male timui, priusquam intus redij, exanimatus fui. Terent. in And. Oratio hæc me miseram exanimauit.

Quando uero ab anima est, significat anima priuo, siue neco. ἀπαιμία. Curtius, Multos exanimauit rigor insolitus niuis, multorum adusit pedes, plurimorumq; oculis præcipuè perniciabilis fuit. Gell. Anus repente filio uiso, copia atque turba, et quasi ruina incidentis inopinati gaudij oppressa exanimataq; est.

**Exanimus**. ma. mū. & Exanimis. me. & Exanimatus. ta. tum. (ἐξαναίωσις) ambo duplicem, eandemq; significationē habent, licet Seruius uelit hæc inter se differre. Exanimus enim

siue exanimis, idem est quod mortuus, ut apud Liuium lib. 8. Vt uno ictu exanimem equo præcipitaret. Vergil. Exanimusq; auro corpus uendebat Achilles. Interdum idem est quod exterritus. Idem lib. 4. Audijt exanimis, trepidosq; exterrita cursu, Vnguibus ora soror scædant, & pectora pugnis, Per medios ruit. Sic exanimatus, (ἐξαναίωσις, ἀπαιμία) non solum pro exterrito, siue perturbato (ut Terent. in And. Ibi tum exanimatus Pamphilus, bene dissimulatum amorem & celatum indicat) sed etiam pro mortuo accipitur, ut apud Liuium lib. 22. Vnā in ipsa porta, sospite filio repente oblato, in conspectu eius expirasse ferunt: alteram cui mors filij falsò nunciata erat, mactam sedentem ad primum conspectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam.

**Exanio**. nias. Colum. lib. ult. Vt omnem amaritudinem eius & pallorem exaniet. Et alibi, Patimur autem nonnunquam tota nocte, & postero die baccam uelut exaniari.

**Exanthemata**, (ἐξανθήματα) appellantur à Plin. eruptiones, pituita, item papulae.

**Exardēo**. es. ualde inflammatum esse. Transfertur ad multas res: ut si dicatur exardere iniuria, dolore, ambitione. Itè exardere aliquè ira & indignatione: siue Exardere in iras, ut apud Martialem, quod est uelut excandescere.

**Exardesco**. is. ere. ardentem fieri. Cic. 2. De Orat. Nulla materies tam facilis ad exardescendum, quæ nisi admoto igni, ignem cōcipere possit. Plin. lib. 13. cap. 27. In igne autem, ut ferrum exardescens.

**Exaresio**, (ἐξαρῆσις) idem significat quod exaresco, nisi quod exaresco propriè extrinsecus fit: exaresio intrinsecus, ut de succo marino dixit Plin. lib. 26. Sed omnibus articulis morborum impositus, antequam exaresiat.

**Exaresco**, perfecte areo. ἐξαρῆσις, ἀρῆσις. Colum. libro 4. Et sole, ac uento penitus siccari, atque exarescere. Cice. Pa. pyr. Deinde ipsa illa, si qua fuit in me facultas orationis, nisi me ad has exercitationes retulisset, exarisset. hoc est, omnino arida facta fuisset.

**Exarmo**. as. armis spoliō. ἐξαρῆσις, ἀρῆσις. Sueton. in Domit. Mineruam, quam superstitiosè colebat, somniauit excedere sacrario: negantemq; ultra se eum ueri posse, quod exarmata esset à Ioue. Exarmare feras: hoc est dentes, ungues, uel alia noxia membra eis adimerè. Vnde exarmata bestia, pro cicuribus & mansuefactis. Lampridius in Heliog. Habuit leones & leopardos exarmatos in delicijs. Exarmare accusationem. Plin. lib. 3. Epist. metaphoricòs dixit, pro debilitare, & infirmare.

**Exaro**. ras. (ἐξαρῶ) penultima correpta, perfecte areo. Cicero de Diuim. 2. Tages quidam dicitur in agro Tarquinienſi, cum terra araretur, & sulcus altius esset impressus, extitisse repente. Et mox ibidem, Est ne quisquam ita desipiens, qui credat exaratum esse, deum dicam, an hominem? Vnde exarare frumentum: hoc est aratione percipere, quantum frumenti producere possit ager unus. Cicero 7. Verr. Nōna ne plus lucri nomine eripitur, quàm quantum frumenti omnino exararant: Sed per translationem significat scribo. ἔξαρον. Qui enim stylo scribunt in codicillis, hi quasi sulcos instar aratorū ducere uidentur. Inest autem sic in hoc uerbo tacita quædā breuitatis significatio, cum scilicet paucis scribit. Cic. Cornif. Hæc cum essem in senatu, exarauī. Idem Att. lib. 12. Vndecimo die postquam à te discesserant, hoc literularum exarauī egrediens è uilla ante lucem.

**Exarūcūlatio**, ἐξαρῆσις, est ofſis secundam naturam moti ex concauitate profunda excessio in locum minimè naturalem.

**Exasciārē**, ascia polire, leuigare. ἀσκήσις, ἀσκήσις. Translatio à fabris lignarijs sumpta, qui ligna prius dolant, deinde poliunt. Plautus in Asin. Iam hoc opus est exasciatum. id est perfecte dolatum.

**Exaspéro**. as. ualde asperum facio. ἐξασπείρω, ἀσπείρωσις. Sil. Sa

χορ exasperat ensem. Tacit. Saxo exasperatur ferru. Per metaphoram pro irritare, siue concitare ponitur. Col. lib. 9. cap. 15. Neq enim conuenit astu medio exasperatas apes lascisiri. Liu. 8. Bell. Pun. Ad quoru primu aduentum exasperati animo, mox ipsis placido sermone permulcentib. notos, cum quibus congressi erant, leniti sunt. Quintilianus, Rem uerbis exasperauit.

Exatio. as. are. idem quod satiare. Liuius lib. 8. Bell. Maced. Populum Romanum ne morte quidem P. Scipionis exatiari, nisi ipsius fama sepulti laceretur.

Exaturo. as. are. idem quod saturare. Translate apud Cice. 7. Ver. Cum eius cruciatu atq supplicio pascere oculos, animuq exaturare uellent, potestas aspiciendi nemini facta est. Idem 6. Tuscul. De Sardanapalo. Hac habui, qua edi, quaeq exaturata libido Hausit.

Exauctoro. ras. pen. cor. significat ab auctoramento, hoc est obligatione militari atq stipendio libero priuato. Vnde exauctorati (ἀπαυκτοί, ἀπὸ τῶν αὐκτοῦ) milites dicuntur, qui missionem habuerunt. Et quamuis frequenter cum dedecore exauctorare dicitur, persaepe tamen significat missos facere a militia milites citra uituperationem. Liuius lib. 25. Volonum exercitus, qui uiuo Graccho summa fide stipendia fecerat, uelut exauctoratus morte ducis, ab signis discessit. Et lib. 26. Cum deseruisset, exauctoratos dimisit. Vlpian. exauctorare interpretatur, insignia militaria detrahere, quod cu infamia conficitur: ut est apud Lampridium, qui scribit Alexandrum tumultuantes legiones exauctorauisse.

Exaudio. (ἔξωω) perfectionem audiendi denotat, hoc duobus modis. Vno, cum quod petimus, impetramus. Vnde etiam dicere solemus, Vi nos exaudire digneris. Vergilius, Et nulli exaudita deorum Vota precesq meae. Alio, cum significat proximè, seu uehementer audio. Liu. li. 1. Equitem clara increpans uoce, ut hostes exaudirent, redire in praeliu iubet. Terent. in Heey. Vereor si clamorem eius hic crebro exaudiat, ne parturire intelligat.

Exballisto. stas. a ballista fit, significat decipio. Plaut. Ego hunc communem meum, atq nostrum omnium hostem exballistabo lapide. atq βολῆσθαι, quod est mitto.

Excalfacio. (ἔξωω) et excalfactorius, (ἐξωωτικός.) uide in dictione Calefacio.

Excandescencia, ab Apul. lib. de Dogmatibus Platonis appellatur ea anima pars, quae irritabilis est, habens domicilium in corde, quem alio nomine irascenciam nominat. Cicero 4. Tuscul. Excandescencia autem sit ira modò nascens, et modò desistens: quae θυμῶσι Graecè dicitur. Odium, ira inueterata. Inimicitia, ira ulciscendi tempus obseruans. Discordia, ira acerbiore, intimo odio et corde concepta.

Excanto. as. (ἔξωω) significat quod incantatum est, alio incantamento libero: quod et recanto dicitur. Plinius lib. 28. Qui fruges excantasset. De recanto idem: Non pauci et serpentes ipsos recantari putant. Aliquando excantare, capitur pro excludere. Plautus, Nam credo cuius excantare cor potest.

Excandefco. scis. et excandefacio. (ἐξωω, Herod. θυμῶσ, ἄγαν θυμῶσ.) uide in dictione Candeo.

Excarnia. (ἔξωω) loca uocantur in corpore humano, quae carne intellecta non sunt.

Excarnificare, dilaniare, in partes diuidere, quasi carnes ex aliquo corpore facere: quod proprium est lanionum et carnificum. Suetonius in Vitel. Apud Gemonias minutissimis iclibus excarnificatus atq confectus est. Cicero tertio de Nat. Anaxarchum Democriteum a Cyprio tyranno excarnificatum accepimus. Per translationem pro excruciare ponitur. Terentius in Heaut. Ut te omnes equidem Dij deaq, quantum est Syre, Cum isthoc inuento, cumq incepto perduint: Huiusmodi mihi res semper com-

miniscere, ubi me excarnifices.

Excado. dis. penul. prod. discedo, egredior. Caesar 4. Bell. Gall. Nam cum omnibus suis domo excesserant, Rhenumq transierant. Cicero, In ipsa cura et meditatione obeundi sui muneris, excessit e uita. (ἔξωω ἐκ τῆς βίης) Item ultra cedo, transeo. ἔξωω, ἀπὸ τῆς ἀπορίας, ἔξωω ἐκ τῆς. Colum. lib. 7. Cum excesserint annos decem, satibus inuiles sunt. Plautus in Aul. Istic adesto, si Hercle tu ex isthoc loco digitum transuersum, aut unguem latum excesseris. Item supero. ἔξωω ἐκ τῆς. ut, Cicero facile excedit omnes eloquentia.

Excello. lis. exculi, excelsus. et Excelleo. les. excellui, significat supero. ἔξωω ἐκ τῆς, ἔξωω ἐκ τῆς, ἔξωω ἐκ τῆς. Laetant. lib. 7. Qui omnes licet eloquentia excelluerit. Cicero pro lege Manil. Hic miramur hunc hominem tantum excellere ceteris.

Hinc excelsus, (ἔξωω ἐκ τῆς) magnus. Gellius libro 1. Tanto fuisse Herculeum corpore excelso. Excellentia. a. ut, Excellentia animi, Cicero. Excellenter aduerbium. Cicero. Offic. Quae magno animo et elato fortiter, excellenterq gestasunt. Excelsitas, altitudo. Plin. lib. 21. cap. 5. A lapide quadragesimo ad eam excelsitatem, ut in omnes urbis montes leuarentur. Cic. 3. Offic. Etenim multo magis est secundum naturam excelsitas animi, et magnitudo, et cetera. Excelsè aduerbium, hoc est altè, et in sublime. Colum. libro 4. eadepite 1. Si modo sciant excelsus plus alimenti, terraq desiderat. Cicero in Orat. Omnia profectò, cum se a caelestibus rebus referret ad humanas, excelsius, magnificentiusq dicebat, et sentiet.

Exceptio. (ἐξωω) exclusio, quae (sicuti Vlpian. docet) interponitur actioni cuiuslibet rei, ad excludendum id quod in mentionem condemnationemq deductum est.

Excepto. tas. saepe extra capio, uel ad me frequenter traho. ἔξωω ἐκ τῆς, ἔξωω ἐκ τῆς. Cic. in Parad. Et uideat aliquem summis populi beneficijs usum, barbatulos nullos exceptantem de piscina. Verg. lib. 3. Georg. Ore omnes uerse in Zephyrum stant rupibus altis, Exceptantq leues auras, et saepe sine ullis coniugijs uento grauidae, mirabile dictu, id est, frequenter ad se trahunt et capiunt.

Excerebro. bras. cerebrum excipio. ἔξωω ἐκ τῆς. ut apud Esaiam, Qui maculat pecus, quasi qui excerebret.

Excetra, uide in nominibus proprijs.

Excerno. nis. excreui, excrementum: purgamenta uentris emitto. ἔξωω ἐκ τῆς, ἔξωω ἐκ τῆς, ἔξωω ἐκ τῆς. Celsus lib. 4. Quoniam portae modo in inferiores partes, ea quae excreturi sumus, emitit. Hinc excrementum, (ἔξωω ἐκ τῆς) purgamentum et stercus. unde Plinius libro 10. cap. 43. scribit, quod quia coruus excrementis calcamenta saedauerit, a mancipe exanimatus sit. Proprie tamè excernere, est extra cernere, quod uernacula lingua dicimus, Cernit fora. Colum. libro 2. Ita que in area deirita frumenta sic aggeranda, ut omni flatu possint excerni.

Excërpo. pis. psi. ptum. significat discernendo extraho. ἔξωω ἐκ τῆς, ἔξωω ἐκ τῆς. Terent. in Phor. Tu id quod boni est excerpis, dicitis quod mali est. Cic. 3. Offic. Excerpere ex his ipsis siquid inest boni. Vnde excerpta (ἔξωω ἐκ τῆς) dicimus, quae ex libris ueluti flosculos extrahimus.

Excidium, et Excidio. (ἀνολογία, ἀνολογία) ab excidio deduci manifestum est, pro peremptione, et quasi nece urbis aut prouincia, ut cum caesis hominibus manna ad solum deductum. Liu. 7. Bell. Pun. Magnum se excidio eius urbis terrorem ceteris eorum iniecturum. Plin. li. 10. cap. 39. Fuitq arbore fatalis excidio urbis. Hac etiam a cadendo dici uideri possunt, quod magis placet. corripitur enim antepen. Verg. Aeneid. libro quinto: Septima post Troiae excidium iam uertitur aetas.

Excido. dis. (ἔξωω ἐκ τῆς) pen. corr. ab ex et cado, a in i mutata, praeteritū, excidi, supinum excasum facit. significat, deorsum cado.

**Excido.** Verg. lib. 2. Georg. Nam sepe incautis pastoribus excidit ignis. Vnde per translationem, excidere animo, est in obliuionem dare. Idem, Necdum etiam caussa irarum, se a uiq̄ dolores Exciderant animo. Interdum dissenire. Lucil. lib. 28. Ego ab Archilocho excido.

**Excido.** dis. penul. prod. excidi, excisum, extra uel de aliquo cado. *ἐκπίπτω, ἐκκείνω*. Cicero lib. 2. Offic. Nec lapides ex terra exciderentur ad usum nostrum necessarij. Item penitus destruo. Idem in Catil. Quomodo Carthagini male iamdiu cogitanti bellum inferatur, multo tempore ante denuncio, de qua uereri non ante desinam, quam illam excisam cogno uero.

**Exciet.** pro excutiet, Veteres dixerunt. P. festus.

**Excindo.** is. excido. Cice. pro Planco: Vrbis, quae se uel potius excindi facile patereur, quam, &c.

**Excio.** cis. exciui, excitum, pen. prod. extra uocare uel accire. Plaut. Epid. Quid est pater, quod me exciuisi ante aedes? P. Ut matrem tuam uideas, id est, euocasti. Aliquando expergefaceret. *ἐξυγερῶ*. Liu. lib. 1. Hercules ad primam auro ram somno excitus. Idem, Sed dictatorem quoque ex somno exciuit. Sic excire cubilibus, apud eundem: & excire animas sepulchris, Verg. Aliquando significat commouere. Plautus in Cistel. Et mihi exciuisi lachrymas? Ita excire hostem, excire tumultum, excire aliquem ad cupiditatem discendi. Liuius.

**Excipio.** pis. pen. cor. extra capio. *ἐξίπτω*. Cic. lib. 1. Tusc. Nam si solum eos diceret miseris, quibus moriendum esset, neminem tu quidem eorum qui uiuerent, exciperes. Aliquando esse ad aliquem recipere. Et proprie excipiuntur cadentes, aut in calamitatem collapsi. *ἐκπίπτω, ἐκκείνω*. Lactant. libro 2. Hunc errantem, atq̄ inopem Ianus excepit. Verg. libro 3. Heu quis te casus deiecitam coniuge tanto Excipit? Aliquando aliquid recipere, ut in medicina. *ἐκπίπτω, ἐκκείνω*. Aliquando inquirere. Cic. lib. 2. de Orat. Quaedam dari ex hac uita ad pertrahendos animos hominum, & ad excipiendas eorum uoluntates. Aliquando separare. Verg. lib. 9. Ipsum illum clypeum cristasq̄ rubentes. Excipiam sorti. Aliquando per dolum capere, opprimere. Idem, Excipit incautum, patriasq̄ obruncat ad aras. Aliquando colligere. *ἐκπίπτω*. Marcial. Ventris onus misero, nec tepudet, excipis auro. Aliquando abscondere. Plaut. in Aul. Nec partem tibi ab eo indispices, neq̄ furem excipies. Aliquando composita & sine tumultu obsistere. *ἐκπίπτω, ἐκκείνω*. Aliquando educere. *ἐκπίπτω, ἐκκείνω*.

**Excipula.** (*ἐκπίπυλα*) ab excipio: sicut decipula à decipio: & est septem ex arundinibus contextis ad capiendos pisces. Plinius, Hyemato lacu fluctibus glomeratae uoluntur anguillae, in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis eius fluminis, ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur.

**Excipiuis.** a. um. quod excipitur: sicut praecipuum, quod ante capitur.

**Exciso.** fas. (*ἐκπίπτω*) pen. prod. laniatio, uerberatio. & quod uulgo dicitur, stratio, fratio. Plaut. in Cistel. Capillo scisso, atq̄ excissatis auribus.

**Excissatum.** Veteres pro uulnerato & laniato dixerunt.

**Excito.** tas. pen. cor. frequentatiuum ab excio, eadem significatione est cum uerbo excio, nam aliquando significat commouere: ut, Excitare aliquem ad uirtutem, Caesar 7. Bell. Gall. Excitare ad arma ciuitate, Cicero 1. de Diuin. Terentius in Heaut. Nam uides quantum mali ex ea re excitet? Aliquando expergefaceret. Liuius 5. Bell. Pun. Scipiones me ambo dies noctesq̄ curis in somnijsq̄ agitant, & excitant saepe somno. Cicero pro Sylla, Excitient tibi istam uerborum iactationem, & te ex somno saepe excitabunt. Aliquando prouocare, sollicitare. *ἐκπίπτω, ἐκκείνω*. Colum. lib.

bro 1. Nam cum certamine opus excitetur, tum incessantie animaduersio iusta est, & sine querela uidetur adhiberi. Excitate aduerbium, hoc est uehementer, & lucide. Plinius libro 37. cap. 7. Et in his autem mares excitatius fulgent: foeminae pinguiore sunt, & crassius nitent, hoc est maiorem fulgoris uim habent, & quodammodo excitatiorem alijs.

**Exclamare.** *ἐκκαλέσασθαι, ἀναβοῶν, ἀναφωνῆναι*. uociferari, & quasi in medio pectore uocem maximam emittere, quod aut indignationis, aut doloris caussa fieri solet. Terent. in Phor. Facinus audiui, itaq̄ penè Hercle exclamauit gaudio. Cic. 2. de Orat. Non enim possum, quin exclamarem, ut ait ille in Trinummo. Exclamationes, (*ἐκκαλέσασθαι*) fieri solet sine aliquo adminiculo, modo per nominatiuum, modo per accusatiuum, modo per uocatiuum. Est & exclamatio, schema rhetoriarum, de quo Cic. 3. de Oratore.

**Excludo.** dis. penult. prod. exclusi, sum. extra claudio, eijcio. *ἐκκείνω, ἐκπίπτω*. Plautus in Asin. Homo hercle hinc exclusus est foras. Per translationem ponitur pro liberare. Aelius, Quia uirtute hic se feruitute exclusit? Item pro incubando pullum emittere. Columella libro 9. Veteranas aues ad rem eligi oportebit, quae iam saepius id fecerint, moresq̄ earum maxime praenoscant, quoniam aliae melius excludant, aliae editos pullos commodius educunt. Idem, Columbae excludunt uigesimo die. Item emicare & apparere, quod idem ferè est quasi emittere. Vnde dicuntur & in arte argentaria excludores: id est ex quadam confusione massae ad suam formam expressores. Excludi tempore, aut temporis spacijs, est impediri, ne quis quid possit agere propter tempus. Cicero in Verr. Angustijs temporis excluduntur omnes. Idem, Hi postquam temporibus exclusi, per senatum agere quae uoluerant, non potuerunt.

**Excolo.** lis. pen. cor. excolui, excultum, ornare, & expolire. *ἐκκείνω, ἐκπίπτω*. Plin. in Epist. Emas marmora, quibus solum, quibus parietes excolantur. Liuius, Excultum perfectè adoro. Lactant. lib. 8. Nam si deorum cultores simulachra insensibilia excolunt, & quicquid preciosi habent in ea conferunt. Habet & reliquas significationes quas colo, sed perfectas, ratione praepositionis ex.

**Excommunicatio.** (ut in Decret. 3. quaest. 4.) distinguitur ab anathemate, tanquam excommunicatio sit minor, anathema maior. Vnde anathematizati, ab ecclesia omnino separantur, cum talibus neque sermone congressus, neque cibus communicatur. Hos Cyprianus abstentos uocat eleganti uocabulo.

**Excomposito.** (*ἐκπαράσθησις*) idem significat quod composito ablatiuus: quasi dicas, dedita opera, & ut conuenerat inter eos, ut subaudi uideatur alius datiuus (negocio) nempe, ex composito negocio. Liuius, Tum ex composito orta uis, signoq̄ dato iuuentus Romana ad rapiendas uirgines discurrit.

**Excors.** as. (*ἀπόσπρω*) uide in dictione Corium.

**Excors.** extra cor, quasi sine corde: hoc est animo quo sapimus. In corde enim (ut inquit Plinius) habitat mens, unde ponitur pro insipiente. *ἐκπρω*. Lactantius libro tertio. In quo alios non excordes tantum fuisse arbitror, sed etiam impios, quod in secreta caelestis illius prouidentiae curiosos oculos uoluerunt immittere. Cicero de Amicitia, Apertè adulantem nemo non uidet, nisi qui admodum est excors. Idem 5. Philipp. Hoc qui non uidet, excors: qui cum uidet, non discernit, impius.

**Excreo.** est quadam uis expuo. *ἐκπίπτω, ἐκκείνω*. Plautus in Amph. Si minusculo digito increpuerint fores, hac tegula tuum diminuam caput, ut cum dentibus linguam excrees. Celsus, Et interdum aliquid purulenti excreat. Dicitur à scra tis. Scrae uero, mugatoriae, ac despicidae mulieres dicebantur, ab hisq̄ scrae idem appellabant, id quod quis excreare solet,

folet, quatenus id faciendo se purgaret. Excreabilis. le. ad iecium, quod excreari potest. Plin. lib. 20. cap. 14. Pulmonum uicia excreabilia facit.

Excrementum, (ξεκρέμα) quod egeritur ex cibo potuq: est duplex, siccum scilicet & humidum. Conceptaculum humidi, dicitur uesica, conceptaculum siccum, alius nominatur. Vide excerno.

Excretere, ualde, siue extra crescere. in φέρω, ὑπερβαίνω. Columella libro 7. Si satis excreuerint, iugo supponantur. Vergilius 3. Georg. Multi iam excretos prohibent à matribus hædos.

Excretio, est superfluitatum egestio. Excretum, (ἐκκρετόν, ἀπόκρημα) supinum ab excerno, significat egestum. Vnde excreta tritici, dicuntur uulgo granaria: hoc est quæ ex incerniculo pro immundis seponuntur. Colum. libro 9. Vbi annonæ est carior, excreta tritici minutè commode dantur gallinis. Ibi excreta nomē. Participium uero est, ubi paulo post ait, Furfures à farina excreti. Excretum, (ἐκκρετόν) uero supinum ab excreto, significat idem quod ualde creuit. Verg. lib. 3. Georg. Multi iam excretos prohibent à matribus hædos.

Excucio. as. conficio, examino, interimo, de quo uide Crucio. Excubia. arum. (ἐκκρυβία) uigilia. licet uigilia tantum nocturna dicantur, excubias, & diurnæ, & nocturnæ. Plinius libro 10. cap. 21. Excubias habent nocturnis temporibus lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno decidens, indiligentiam sono coarguat, de gruibus loquens.

Excubitōr, (ἐκκρυβός) qui excubat. Vnde gallus dicitur excubitor, qui per uigil cantu horas indicat. Cas. septimo Belli Gall. Hæc eadem noctu excubitoribus ac firmis presidij te nebantur.

Excubo. as. (ἐκκρυβία, ἐκκρυβίον) penult. cor. excubui. bitum. uigilo, custodiam facio, & quasi minimè iaceo: ut milites extra castra, uel extra tentorium, ad imperatoris custodiam noctu armati consistunt, Sallust. in Iugurt. Neq; secus, quam si iter faceret, castra munire, excubitum in porta cohortes ex legionibus pro castris equites auxilarios mittere: Linius, Ptolemæum ac Leonatum excubantes ad cubiculi limen excuauerunt.

Excudo. is. (ἐκκρύπτω, ἐκκρύπτω) penult. prod. excudi, uel excusi, excusum, cudendo elicio. Vergil. At primum silicis scintillam excudit Achates. Sic excudere ignem, apud eundem. Transfertur aliquando, ut excudere opus, id est componere. Lactantius de Opif. Profiteor nulla me necessitate rei uel temporis impediri, quo minus aliquid excudam, quo philosophi sectæ nostræ, quam tuemur, instructiores, doctioresq; in posterum fiant. sic Vergilius, Ut uarias usus meditando excuderet artes. id est studiosè reperiret, (ἀνακρίσειν) Colum. lib. 11. cap. 1. Excudit mihi cultus hortorū prosa ut oratione conscriberem, id est, uehementer à me contendit. Excudere dicuntur etiam gallinæ oua, quando ex illis pulli nascuntur, quod & excludere dicimus. Colum. libro 9. Negatur anser aliena excudere oua, nisi subiecta sua quoq; habuerit.

Exculpo. is. uel ut alij, excalpo, idem significat, quod perfectè sculpere, siue scalpere. Plin. lib. 33. cap. 9. Quinetiam pocula ita figurantur, exculptis intus crebris ceu speculis, ut &c.

Excursio, uerbum à curia, quasi extra curam eijcio. Varro, Apollonium ideo excuriauit, quia nihil habebat.

Excursio, extra curro: unde excursio, decursio, latrocinium, & incurso, & excursor.

Excusabile, quod excusatione dignum est. (ὁμολογῆσόν.)

Excusatorius. a. um. (ἀπολογητικός) quod ad excusationem pertinet, ut Excusatoria epistola.

Excuso. as. penultima producta, obiectum crimen purgo, & à me repello. (ἀπολογίζομαι, ἀπολογίζομαι) Cicero, Nulla est ex-

cusatio peccati, si amici causa peccaueris. Et excusare, est afferre in excusationem, (ἁπολογία) id quod peccandi causam præbuit, quod potius per accuso dici debere uideatur: ueluti si latrones aut flumina impedimento fuerint, ne ad diem adesse possem. Quintil. Tu tamen interpellatus tempestatibus serius uenisses, excusares mare & ambiguos status. id est mare in excusationem adduceres. Liuius de Torquato, oculorum ualitudinem excusauit.

Excussorius. a. um. quod ad excutiendum pertinet (ἐκκρούω) ut excussorium cribrum, quod excutit & transmittit farinam ignobiliorem, & panem secundarium, qui apud nostrates sub uentrem, apud alios tritellum. Pollinarium tenuius, flori farinæ accommodum. Nam farina, in pollinem & secundarium & furfures paritur. Plinius libro decimo octauo, capite undecimo. Hispaniæ lino excussoria fiunt, & pollinaria.

Excutio. tis. pen. cor. ssi. ssum. ab ex, & quatio. significat proprie extra quater, uulgo scolare. Sciendum uero quod qui excutit, aut se excutit, aut aliquid aliud. Si aliquid aliud, excutiens est, excussus non est. Si autem se excutiat, & excutiens est & excussus. Si ab alio excutiat, excussus est, non excutiens. Si autem excutiat seipsum, excutiens est, quia excutit se, & excussus, quia excutitur à se. Duobus autem modis dicimus aliquid excuti, siue illud quod inde excutitur, siue illud unde excutitur. Nam excussus est puluis, dicimus: & excussa est uestis. Tenent aliqui, excutiunt uestem, & exit inde puluis, qui inhaerit. Quid dicis de puluere? Excussus est puluis. Quid dicis de ueste? Excussa est uestis. Dicimus etiam, excuti aliquid, ut exeat inde quod forte absconditum est. Aliter enim dicimus, excuti uestem, ut excutiamus inde puluerem, & aliter, excuti saccum, ut illud quod intus latebat, exeat. Vnde aptè ad multa transfertur, & aliquando de rebus dici solet. Cicero de Nat. 2. Hoc qui existimat fieri potuisse, non intelligo cur non idem putet, si innumerabiles ueniunt & uiginti formæ literarum, uel aureæ, uel qualeslibet aliquid conyctantur, posse ex his in terram excussis, annales Ennii ut deinceps legi possint, effici. Excutere ignem, Plinius quod aliàs excudere dicitur. Excutere oculos, apud Plaut. pro eruere. Et excutere clauū lapide, apud eundem, pro expellere. Idem in Aul. Quia mihi misero cerebrum excutiunt tua dicta soror, lapides loqueris, id est, uerberant, concutiunt, ferunt, quatunt, commouent. Idem dixit nauem malleo excussam, id est percussam. Plinius, Excusso circensibus auriga, id est deiecto. Vnde excussores equi dicuntur, qui sefforem deiciunt. Terentius in Heaut. Lachrymæ excussit miser, id est subito fecit, ut exciderent. Cic. pro Syl. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, excussos arbitrari, id est ciectos, euulsos. Excutere metum, pro depone. Excutere mentem. Excutere iugum, pro nolle obedire. Aliquando refertur ad personas. Verg. 7. Aeneid. Quinetiam patria excussos in festa per undas Ausa sequi. Cic. de Arusp. Non ignoui, mihi crede, non: nisi forte ignotum putas, quod se iudices dimiserunt excussum & exhaustum. id est spoliatum pecunijs, quibus eos corrupti: & (ut uulgo dicitur) de plumem te reliquerunt, nihil tibi reliqui fecerunt. Paulus Iureconf. Non prius pupillus ad magistratus reuerti potest, quam omnes tutores excussi fuerint. id est quam a tione tutelæ expertus sit, an ab eis suum seruare possit. Vbi excutere pro nomen exigere, & debitorem appellare ponitur. Plin. in Epid. Tusci gradine excussi, in regione Transpadana summa abundantia, sed par uilitas nunciatur. Aliquando inest hoc uerbo diligens quedam inquisitio, & scrutatio. Suet. in Claud. Neq; agrum quenquam uisitauit, nisi explorato prius cubiculo, culcitrisq; & stragulis pratentatis & excussis. id est diligenter contrectatis & diuenticatis, ne gladius intus esset. Plautus in Aulul. Quid abstulisti hinc?

Excubitōr dicitur armatus, p[er]m[an]ens armis r[ati]onem.

Criminibus flagrantibus  
Excusatio, ut somnatio, ut somnatio, ut somnatio  
ignis. N[on] est. En. 2.

St. D[omi]ni

St. Dij me perdant, si ego quicquam abstuli, Ne' ue abstulisse uellem. En. Agedum, excute dum pallium. Quint. Excussereunt illi patrem, & aurum in sinu eius inuenerunt. Cic. pro Rose. Nihil est Glauca, quod metuas, non excutio te. id est, non inquirō ea diligentia qua possem. Vlpian. Si tibi mandauero, ut uires excuterer hereditatis, id est diligentius aestimares, exactius expenderes. Cic. 2. Off. Explicata atq; excute intelligentiam tuam, id est tuos spiritus sensusq; omnes ad intelligentiam collige & excita. Idem 12. Philipp. Iuuentutem omnem ex tota Italia excusimus, id est elegimus, ut docet Nonius.

Exdecimo, (ἐξ δέκατος) eligo, & exdecimatum, electum dicimus, a uerbo decimo, quod est decimam partem detraho.

Ex disposito, (ἐκ τοῦ διασποῦ) dicimus, hoc est de industria, & quem admodum a nobis constitutum est.

Ex dorsuo, as. dorsum confringo, uel dorso nudo. (ἀποσπῆσθαι) Plautus in Aulul. Tu Machario, congrum, muranum ex dorsua, quantum potes. Hæc duo præter regulam componuntur cum ex. Non enim ex, sed e componitur cum d, ut educo.

Execo, eas. penult. cor. ab ex, & seco, sed s abijcitur, & significat excido, extra seco. (ἀπορίμω) Colum. libro tertio, Arborem quam inferere uoles, diligenter excato ea parte, quam maxime nitida, & sine cicatrice est, dabis que operam, ne librum ledas.

Execro, as. penult. cor. ab ex & sacro, adiecta s, & a in e mutata: siue, quod est magis in usu, execror deponens, pro horrori & abominationi habeo. ὑποσέβω μοι κατ' ἑμὸν. Verg.

Et terram altricem seu execramur Vlysiis. Cicero 3. Off.

Itaq; accepimus Socrate excrari solitum eos, qui primum hæc natura coheretia distraxissent. Hinc execratio, κατὰ γὰρ βλάστησιν, quæ aliquando sumitur pro iuratione, quæ male dictis obstringit, quæ accidant ei qui peierauerit. Sallust. in Catil. Fuere ea tempestate qui Catilinam oratione habita dicerent, cum ad iusiurandum populares sceleris sui addiceret, humani corporis sanguinem uino permistum in patris circumtulisse: inde cum post execrationem omnes degustauissent, sicut in solennibus sacris fieri consueuit, apparuisse consilium suum, atq; eo dictam rem fecisse, quo inter se magis fidi forent alius alij. Vbi significat Sallustius, Catilinam cum suis dira quædam uerba & imprecatoria protulisse, quibus caput suu deuouerent, hoc est (ut uulgo loquitur) male dictionem quandam execrabilem fecisse, cui esset obnoxius, si quis in ea coniuratione fidem falleret, proditorq; esset.

Sic execrationibus publicis sancitum, apud Cic. 3. Offi. est, quod publicis sacris, in quibus execrationes maloru fiebant, Athenis obseruari solebat.

Exedo, penultima corr. exedis, uel exes. corrodo, consumo. (ἐξέρω, κατὰ δίο.) Plinius 26. Nascuntur quoque in sanguine ipso hominis animalia exesura corpus. Cicero libro Tuscul. Aegritudo lacerat, exest animam, planeq; conficit. Aliquando exedere, est extra seu de aliquo uase edere. (ἐκπέτασθαι) Terentius in Phorm. Tu tibi hoc intristi, tibi omne est exedendum.

Exedra, (ἐξέδρα) locus spaciosus, quasi triclinium, quæ quasi ad occidentem uersa esse solebat. Cic. libro 3. de Orat. Tunc deducta opera quiescentibus alijs, in eam iam exedram uenisse, in qua Crassus posito lectulo requieuisset. Dicitur autem ab ἐξ, & δρᾶ sedes, & cum κατὰ fit cathedra.

Exegemaiticus, (ἐξεγέμαιτος) character, dicitur in quo tantum poeta loquitur, ut Verg. in suis Georg. uide in Drama.

Exegeticon, (ἐξεγέτικον) id est expositiuum, uel enarratiuum.

Exemplum, scribit Festus, quod sequamur aut uitemus. ὑπόδειγμα. Exemplar, ex quo simile faciamus. ἀντίτυπον, ἀντίγραφον, ἀπόγραφον. Plinius lib. 35. Sunt qui Venerem Anadyomenen illo pictam exemplari putat. Sed sepe confunduntur, ut exemplū sit, ex quo simile faciamus. Sall. Literas quas sibi nomine Catilinæ redditas dicebat, exemplū earum infra scriptū est. id est earū forma infra scripta. Quint. li. 10. Sic literarū ductus, ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur. Sic Musici uocē dicentiū, Pictores opera priorū, rustici probatā experimento culturam in exemplū intuentur. Cic. Appio, ex literis quarum ad me exemplum misisti. Ouid. de Trist. Pluribus exemplis scripta fuisse reor. Ponuntur nonnunquam pro eodem. Cic. pro Muræ. Domestici te habere dixi exemplum ad imitandum. Et iterum, Ad imitandum uero tam mihi propositum exemplar illud est, quam tibi. Dicitur & exemplarium pro exemplari. Plinius, Iuba hæc omisit in hoc tractatu, nisi exemplarium uitiosum est. Sciendum tamen quod exemplum dicitur quandoq; grauis pœna, quæ potest cæteris documento esse. Terentius in Eunuch. Quæ futura esse debent exempla in eum indigna. Rursus dicitur illud, quod adhibetur rei aut probandæ, aut ornandæ causa. Vnde pars probationis uocatur ab exemplis. Et in elocutione exemplum inter ornamenta numeratur, pro quo exemplar dici non potest. Similiter dicitur, quod uulgo la monstra. ἄμα, ὁμοίως. Cicero, Si quis purpuram, aut aliud quippiam uendens dicat, Sume a me, sed huius exemplum aliunde rogabo, tibi quod ostendam: aut si acruos dicant se tritici habere, & eorum exemplum pugno non habent, quod ostendant.

Exempti, dicuntur excepti. ἔξαιρέσι. Exemptus apud Iure consultos dicitur, qui a suo iudice, siue iurisdictione ordinarij subductus est. Exemptus est rebus humanis: id est mortuus est.

Exemptis, penultima cor. quod auferri & eximi potest. ὑποσέβω μοι κατ' ἑμὸν. Columella libro nono, Quæ dratæ perticæ paxillis supponuntur, ut auem recipiant assilientem. Sed idcirco sunt exemptiles, ut cum res exigit, a paxillis deducta, liberum aditum conuerrentibus stabulum præbeant.

Exeo, exis. extra eo, egredior. ἔξω μοι, ἔξω μοι. Terentius in Adolph. Fieri potis est, ut ne quæ exeat. Idem in Eunuch.

Exi foras seceste. Et cõstruitur tam cum accusatiuo, quam cum ablatiui: ut exeo domum, & exeo domo. Per translationem est liberari. Lucil. libro 28. Ne hoc faciat, atq; erumna exeat. Item uitare. Verg. Corpore tela modo atq; oculis uigilantibus exit. Item erumpere, ut apud eundem libro 2.

Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis Exit. ἔξω μοι κατὰ δίο. Dicitur etiam, exit in laudem, exit in uituperationem, exit in acta, exit in fabellas, & similia. id est, fit uel efficitur.

Lactantius, Potuerunt enim & libri aboleri, & tamen res in memoriam exire, id est fieri memorabiles, & de quibus fiat mentio. Plinius libro 7. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quandam, toruitatemq; naturæ duram & inflexibilem. Quintil. Si historicus narret fabellam eleganter, exit in fabellam. Exire de potestate, (ἐξουσιάζω) significat mentis impotem fieri. Cicero libro 4. Tuscul. Itaque iratos proprie dicimus exisse de potestate. id est de consilio, de ratione, de mente.

Exentero, ras. (ἐξεντρίσκω) penult. cor. interiora auferre, quod proprie de piscibus dicitur, cum apparatur. Sic per translationem dixit Plautus in Epid. Acutum cultrum habeo, Qui exentrem marsupium senis.

Exequia, ἑταίρια, funebre officium, quod scilicet in funere exequimur: ab eo dictæ, quod homines pompâ postsequuntur. Cic. 2. de Legib. Sepultura, ac iussis exequiarum caruerunt. Terent. in Phorm. Exequias Chremeti quibus est com modum ire, iam tempus est. Hinc exequior, quod est exequias facio, uel exequijs conuiuor. ἑταίρια. Varro, Ipsum propter ius liberti semitraclii exequiantur. Hæc etiam parentalia & iustia dicebantur.

At primo exequijs feras uide solunt. N. w. g. f. f. f. f.

**Exequor**, pen. cor. significat perficio, & executioni mando. *ἔξευρα*, *ἐκτελέω*. Plaut. in Trucul. Nullam rem oportet agredi dolose, nisi astute, accurateque exequere. Apuleius, Neque in tenebris, sed in propatulo iussa domini exequere bar. Aliquando significat ulciscor. Plin. lib. 3. Epist. Veniebat in mentem priores nostros esse singulorum hospitium iniurias accusationibus uarijs executos. Quandoque declaro, exprimo. *ἐξήλω*. Cicero Varro. Habet multa occultiora, quae uix uerbis exequi possum.

**Exercio**, ces. exercui, exercitum, ab ex & arceo, quasi extra arceo, premo, fatigo. *καταφύζω*. Terent. in Adelph. I sane, ego te exercebo hodie, ut dignus es silicernium. Quandoque est in operam ponere. *ἀσκήσθαι*. Vergil. lib. 3. Georg. Exerce te uiri tauros. Quandoque tractare. *ἐπιτελέω*. Colum. libro 4. Qui urbanas & delicatas artes exercuerit. Quandoque habere. Sallustius, Iurgia, discordias, similitates cum hostibus exercebat. Quandoque lucrari. Terent. in Heaut. Ancillas, seruos, nisi eos qui opere rustico Faciundo facile sumptum exercent suum, Omnes produxi ac uendidi. Quandoque probe terram colere. *ἐξασκήσθαι*. Verg. li. 1. Georg. Exercentque frequens tellurem, atque imperat aruis. Quandoque insequi. *ἐκασκώ*. Verg. Tum uos, o Tyrus stirpem & genus omne futurum Exerce te odijs.

**Exercitio**, cis. iui. itum, ab ex, & satio componitur, & significat sarcio.

**Exercitium**, est ipse actus, & usus exercendi operandi. *ἐξασκασία*, *ἀσκήσις*, *ἐπιτελέματα*.

**Exercitio**, tas. frequentatiuum ab exerceo. *ἐξασκασίω*. Cicero pro Cluent. Homo in primis ingeniosus, & in dicendo exercitatus. Hinc exercitatio, de qua idem libro primo ad Herennium. Exercitatio est assiduus usus consuetudoque dicendi, *ἐξασκασία*, *μελέτη*.

**Exercitiorius**, qui se exercet. *ἐξασκαστότερος*, *μελετητικότερος*.

**Exercitus**, a. um. participium ab exerceo: ut homo exercitus, qui multis negocijs assuetus sit, & experientia doctus & deditus. *κατατεταγμένος*, *ἐμπειρής*. Gell. Aderat forte ibi amicus noster, homo lectione multa exercitus, cui pleaque omnia ueterum literarum quaesita, meditata, euigilataque erant. Cic. lib. 3. Tusc. usus est in exercitus, (*ἐξασκασίω*) pro non exercitato, cum ait: Asclepiadem ferunt non ignobilem, nec in exercitum philosophum. Aliquando sumitur pro fatigato, indurato, & in laboribus perseverandis assuetus. Vergil. lib. 3. Nate Iliacis exerce te fatis. Sallust. in Jug. Nabdalsa exercito corpore: id est solidato, ut exponit Nonius. Interdum pro contempto, neglecto, ut docet Fulgentius, allegans illud Plauti, Nos nostramque familiam habes exercitam.

**Exercitus**, tus. nomen, significat militum copiam. *στράτις*, *στρατιά*. ab exercendo, quia (ut inquit Varro) exercendo fit melior. Vegetius libro 2. Numerus militum exercitatur, unde et re ipsa atque opere exercitus nomen accepit, ut ei nunquam liceret obliuisci, quod uocabatur. Docet etiam Vegetius, Romanos milites tam ueteranos quam tyrones exerceri solitos ad omne genus armorum. Omnes enim artes iugibus exercitijs proficiunt, cuncta exercitatione conualescunt: ut merito dictum sit, quotidiana exercitia ad sanitatem plus prodesse, quam medicos. Et non unam cohortem, neque unam alam, sed numeros multos militum exercitum esse, Vlpianus scribit.

**Exero**, is. penultima corr. exerui, exercitum, ab ex, & sero, significat extra eo, emitto, extraho. *ἐξέρω*, *ἐξέρω*. Stautius: Fulgentemque exeret enssem. Ouidius libro 1. Fastorum, Credibile est illos pariter uirijque iocisque Aliius humanis exeruisse caput. Idem: Exeret hic humerum, uestes trahit ille per altas. id est, *ἐξέρω*. Columella libro 9. posuit pro exeo, (*ἐξέρω*) cum ait: Nam dum uincula exerere conantur, non quiescunt.

*Compositum in uerbo exercere  
exercitij ab eo. uerbo. exercere.*

**Exeriti** dentes, dicuntur extra os producti, ut equo. *ἔξερα δόντα*. Plin. lib. 11. cap. 37. Dentes exeriti sunt apud hippopotamo, elephanto.

**Exerto**, tas. frequentatiuum ab exero. *ἐξέρω*, *ἐξέρω*. Vergil. At Scyllam caecis cohibet spelunca latebris Ora exerta tantem, & naues in saxa trahentem.

**Exeritio**, (ἔξερασιδω) Latine inquisitiuum dicitur, Exeritio, (*ἐξέρω*) significat purgo, a quo exheres, tus. pro purgatione.

**Exerit**, Veteres pro purgamento posuere.

**Exgrumare**, (*ἐκπορρωσάω*) dicuntur cochleae grumos eruentes, & ex grumis exilientes. Grumis enim, terra collectio, & congerie dictus est. Varro 3. de re Rustica cap. 14. Denique ipsae exgrumantes ad propalam uitam diu producunt, cum ad eam rem pauca laurea folia interijciant, & asperganturfures non multos.

**Exheredare**, (*ἐκπαροῦσθαι*) uide in dictione Abdico.

**Exheresimus** dies, id est exemptilis: propterea sic dictus, quod ex mense eximi solebat, ut annus cum Solis ac Lunae ratione congrueret. Cic. 3. Verr. Consuetudo Siculorum est, ceterorumque Graecorum, quod suos dies mensesque congruere uolunt cum Solis Lunaeque ratione, ut nonnunquam si quid discrepet, eximant unum aliquem diem, aut summum biduum ex mense, quos illi exheresimos dies nominant. Budaeus in Annotationibus.

**Exhalo**, as. penult. prod. extra halo spiro. (*ἐκπνέω*, *ἐκπνέω*) Lactant. lib. 7. Quos autem morbus interimit, spiritum diutius exhalant. Vergil. lib. 7. Seuamque exhalat opaca Mephitin. Plinius lib. 17. cap. 4. Quae tenues exhalat nebulas. Cic. 5. Verr. Veniendum erat ad eos contra Apronium, qui nondum etiam Aproniani conuiuij crapulam exhalassent. Idem 2. Philipp. Quanquam tu quidem (ut tui famularissimi dicuntur) uini exhalandi, non acuendi ingenij causa declamitas. Exhalatio, exspiratio. *ἐκπνοή*, *ἐκπνοή*. Plinius: Certior multo nebulosa exhalatio est. Vnde exhalationes terra, sunt tenues spiritus, qui per aestum maximum terra diffusa exhalantur, & sursum in aera feruntur. Cic. 1. Tusc. Quod & humidum & caliginosum est, exhalationes terra.

**Exhaurio**, is. exhausti, exhaustum, aliquid uacuum facio: tamquam dicimus quod extrahitur exhauriendo, quam quod uacuum fit, exhauriri: ut Exhaurire unum, Cic. Exhaurire poculum, Liuius, Habet hoc uerbum multas elegantes translationes. Cic. pro Clu. Is exhausto illo poculo mortis, est mortuus. Idem pro Sest. M. Crassus eadem sibi manu uitam exhausti, qua mortem saepe obtulit hostibus. Idem in Vat. Aerarium exhausti, Remp. compilare. Et in Piso. Ciuitates omnibus exhaustae. Ad Attic. 2. Tantus fuit amor, ut exhauriri nulla posset iniuria, id est deleri. Ad Qu. Frat. 1. Exhaustus enim est sermo hominum, id est, de eare iam loqui est desitum. Et iterum ad Att. 1. Multa enim sunt quae me sollicitant anguntque, quae mihi uideor, aures naclis tuas, unius ambulationis sermone exhaurire posse, id est deponere. Ad eundem 5. Reliquum est, ut antequam proficiscare, mandata nostra exhaustas. id est, exequaris. Verg. 4. Aeneid. Heu, quibus illa Iactatus fatis, quae bella exhausta canebar? id est finita. In exhaustus (*ἐκπνέω*) pro infinito: quale illud, Gratias Deo inexhaustas replico.

**Exherbentium**, gemma qua aurifices aurum poliunt.

**Exherbare**, est herbas extirpare. (*ἐκρῆσαι*) Colum. libro 7. Et cum germinauit, ad unam partem summittitur, crebroque foditur atque exherbatur, nec minus quam uinea pampinatur. Et alibi: Exherbandus est locus.

**Exhibeo**, es. pen. cor. profero, & in publicum deduco, & uident di tangendi quae hominis facultatem praetero, uel re ostendo, quasi extra secretum habeo. (*ἀποδείκνυμι*, *παριστάνω*, *παριστάνω*)

Paulus:

Paulus: Exhibere est facere in publicum potestate, ut ei qui agit, experiundi sit copia. Cic. 7. Ver. Is omnino seruus in familia non erat, eum statim exhiberi iubet. Exhibere negotium, (απαχρη) est labore uel molestia afficere. Cic. lib. 3. Officio. Quod quum audisset adolescens negotium exhiberi patri. Sic exhibere laborem: exhibere molestiam, &c.

Exhilario, idem quod hilario. Cic. Epist. 14. 2. Miraris tam exhibitam esse seruitutem nostram.

Exomologesis, (εξομολογησις) Latine dicitur confessio. Augustin. Qui criminum suorum sordibus pollutus est exomologesis satisfactione mundatur.

Exhorreo, a quo exhorresco, pro expauesco, pro timore horreo, & contremisco. Planc. Cicero: Sed non possum non exhorrescere, si quid intra cutem subest uulneris, quod prius nocere potest, quam sciri, curari possit. ibi passim. Vergil. actiue dixit, lib. 7. Adueniat, uultus neue exhorrescat amicos.

Exhibilo, as. pen. cor. significat cum sono uocis, & populari tumultuariam sibilatione expello, derideo. Cicero: Histriosis paulum se moueat extra numerum, aut si uersus pronuntiatus una syllaba breuior aut longior, exhibilatur atque exploditur.

Exhilare, (αποτυμωσις) aliquem dicebant Veteres, dum populari & tumultuaria sibilatione eum expellebant.

Exigo, is. pen. cor. exegi, exactum: excludo, eicio, expello, quasi extra ago. Plaut. Itaque omnes exegit foras. Item debitum repetere. Cicero Cassio: Longiores expectabo, uel potius exigam. Hinc exigere pecuniam dicuntur, quae nobis debetur. Et exactores (εξακτορες) uocantur qui pecunias exigunt. Interdum est conuenienter postulare. Laetantius lib. 4. Sapientia spectat ad filios, quae exigit amorem. Interdum agere seu traducere. Terentius in Hecyra: Illi exopto, ut reliquam exigat uitam. Interdum perdiscere, inquirere. Vergil. Quererere constituit, sociis exacta referre. Sueton. in Caes. Britanniam petijisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem interdum sua manu exegisse pondus. Interdum facere. Vergil. Quos improba uentris exegit caecos rabies. Interdum definire, constituere. Idem lib. 4. Deceuitque mori, secum ipsa modumque exigit. Interdum complere. Plautus in Amphit. Menses iam tibi exactos esse uides.

Exiguus, a. um. paruus, modicus. Cic. pro Quintio. Vergil. 4. Georg. Pulueris exigui iactu compressa quiescent. Plin. in Epist. Qui nunc exquisissima legata theatralis operae corollarium accipient ab herede, qui non spectabat. Exiguitas, atis. ut Exiguitas lactis, Var. Exiguitas tibi, Col. Exiguitas temporis, Liu. Exiguitas corporis, Caes. Exiguitas aduerbium. Teren. in Heaut. Praebent exiguitas sumptum, & ea sunt tamen ad uirtutem omnia. Cic. ad Att. lib. 11. A te enim est peccatum, ut me ista epistola mihi consoletur: nam & exiguitas scripta haec est, & suspiciones magnas habet.

Exilicus, a. um. (εξυλαδικος) quod ad exilium pertinet. ut exilica causa, quae aduersus exules agitur.

Exilium, priuatio patriae: quasi extra solum. Seneca in lib. de Consol. Exilium nempe loci commutatio est. Hanc commutationem loci aliquando sequuntur in comoda, paupertas, ignominia, contemptus: quibus detractis, nihil est quod magno opere exilium sit peritescendum, nec commutatio loci onerosa. Assiduus enim est humani generis discursus, & naturalis quaedam irritatio animis mortalium inesse creditur commutandi sedes, & transferendi domicilia. Cic. 7. Tusc. Exilium credo quod in maximis malis ducitur. Et paulo post: Iam uero exilium, si rerum naturam, non ignominiam nominis quaerimus, quantum demum a peregrina peregrinatione differt.

Exo quibus exilium dicitur mihi reddimur. Ouid. 3. de 70.

Exilio, is. penultima correpta. ab ex, & salio, significat exeo, & quasi saltando prorumpo. Cicero in Tyrone: Mihi crede, tuis & illius literis perlectis, exilium gaudium. Terentius in Heauton. Non aduerti primo: sed postquam aspexi, illico Cognoui, ad te exilium. hoc est, ueluti saliendo & gestiendo cucurri. Huius frequentatiuum est exulatio. Plin. lib. 10. cap. 60. Oua sale exinaniri cre-

Exilis, pen. pro. id est, tenuis: ut, exilis uox, Plin. Varro, de re Rustica, cap. 2. Et hic aprum glans cum pascet emptitia, facit pinguem, illic grauita exilem. hoc est gracilem, & male saginatum. Cicero 4. de Finib. Illorum uero ista ipsa quam exilia de uirtutis ui. Exilitas, atis. denominatiuum: ut, foliorum exilitas, Plin. Exilitas uitae, Columel. Exiliter, aduerbium. Cicero 1. de Orato. Etenim uidemus istam de rebus ieiunare quosdam & exiliter, ut eum quem acutissimum ferunt Chrysippum disputauisse.

Eximium, (εξαιμιον) excellens, egregium: ab eo quod in sacrificijs optimum pecus de grege eximebatur, uel quod eximia specie animalium numini offerendum. Et eximij porci dicebantur maiores, qui ad sacrificandum electi erant signati macula aut nota: sicut egregiae oues, de grege electae. nam quod a uulgo exemptum est, singulare dicitur, quod in aliorum ordinem non sit redigendum. unde Vergil. Eximias hostias dixit, quae ad sacrificium destinatae eximuntur a grege: ut, Quatuor eximios praestanti corpore taurorum. Dicitur et in malum. Cicero in Verrem. Sin hanc uos in grege tam eximiam iniuriam, tam acerbam neglexisse. Eximie, aduerbium, excellenter. Plin. lib. 22. ca. 22. Picris ad insigni amaritudinis cognominatur, ut diximus, rotundo folio, tollit eximie uerrucas. Eximie ornatum templum, Liu. Eximie diligere, Cic.

Eximo, is. (εξιμιον) penult. corr. ab ex & emo, significat excipio, seu aufero. Plaut. Nunquam aedepol omnes balnea mihi hanc lassitudinem eximent. Per tinent aliquando ad forum. Pomponius Iurisconsultus. Bripere est demanibus auferre per raptum: eximere uero quoquo modo auferre: ut puta si quis non raperet aliquem, sed moram faceret, quo minus in iudicium ueniret, ut actionis dies exiret, uel res tempore admitteretur, uidetur eximisse, quamuis corpus non exemerit. Cicero ad Quintum Fratrem 2. Tum Clodius rogatus, diem dicendo eximere cepit. Quod hic Cicero, eximere diem, alio loco tollere diem dixit. Aliquando cum datus constructur: ut, eximere noxae, est gratiam criminis facere: hoc est remissionem (ut uocant) dare. Liuus octauo ab Urbe Bene habet (inquit Dictator) Quirites, uicit disciplina militaris, uicit populi maiestas: non noxae eximitur Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit. Eximere nota, remittere infamiam. Gellius lib. 4. cap. 20. Sed cum ille deierasset inuitissimum sese oscitatione uictum, tenerique eo uitio, quod oscedo dicitur, nota iam destinata exemptus est a censoribus. Eximere honoribus: id est priuare. Plin. in Epistol. Quid enim miserius, quam exactum, & exemptum honoribus senatorijs, laboribus & molestia non carere? Eximere numero, est eximium habere: id est non inter uulgares connumerare, sed tanquam praecipuum habere. Quint. lib. 1. Authores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Constructur & cum ablatiuo: ut eximere metu. Plaut. in Rud. Exime hoc miseram metu.

Eximio, is. (εξιμιον) pro exinde, significat propter hoc, quapropter, ideo. Liuus lib. 1. Vt igitur paulo ante animus inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem gessisti, ita tam corpus passim distrahendum dabis. Exim duabus admotis quadrigis, in curru earum distentum illigat Metium.

Exinanio, is. ab ex, & inanio, euacuo, attenuo, & ad nihilum redigo. Plin. lib. 10. cap. 60. Oua sale exinaniri cre-

duntur. Cicero 7. Verr. Nox illa tota exinanienda naui consumitur. Exinatio. Plinius, Succurrit aliquando praecepti alicui exinatio.

Exinde, deinde, exin. Cic. de D. 4. 6. Exinde mari finitimus aer die ac nocte distinguitur.

Exinsperato, (παρ' ἄπης, ἀπ' ἀποδοκίμας) aduerbi. quod non sperabatur. Liu. lib. 1. Tum clamore, qualis ex insperato fauentium solet, Romani adiuuant militem suum.

Existimo. as. pen. corr. ab aestimo, diphthongo in i longam conuersa: puto, iudico, & quasi ex aestimatione statuo atq; decerno. (ἐπιλογίζομαι, ὑπολογίζομαι.) Quintilianus: Ex praeteritis existimari solent praesentia. Cicero 4. Verr. Certissimum accipere argumentum, quo facilius de singulari eius impudentia existimare possiis. Hinc existimatio, (λόγια) quae ferè semper passiuè significationis est, & pro reputatione ac bona fama capitur, ut homo magnae existimationis: id est, de quo omnes bene opinantur. Et dicimus existimatum esse, pro clara opinione praeditum. uouίσθη. Paulus Iurecons. Existimatio est dignitatis illa se status, legibus ac moribus comprobatur: quae ex delicto nostro, auctoritate legum aut minuitur aut consumitur. Minuitur, quoties manente libertate, circa statum dignitatis poena plectitur. sicut cum relegatur quis, uel cum ordine mouetur, uel quum prohibetur honoribus publicis fungi, uel quum plebeius fustibus caditur, uel in opus publicum datur: uel quum in eam causam quis incidit, quae edicto perpetuo infamiae causa memoratur. Consumitur uero, quoties magna capitis diminutio interuenit: id est, quum libertas amittitur, ueluti quum aqua & igni interdicitur.

Existo, appareo, emineo, prodo, exurgo, exalto, (ἀνακλύω, ἀναφύω, ἀναέρω, ἀναέρω, ἀναέρω, ἀναέρω) Cicero de Diu. Summersus equus uoraginibus non existit. Et iterum: Existit hoc loco quaestio subdificilis. Et libro 1. Officior. Atqui eo tempore tanta discordiae secuta sunt, ut & tyranni existerent, & optimates & exterminarentur: id est, exurgerent uel exaltarentur.

Exitabile, idem quod exitiale, (ἐξίθειον, ἐξίθειον) Ouid. lib. 6. Metam. Dumq; manu tentat trahere exitabile ferrum.

Exitiale. βαρυσίμου, mortiferum, calamitosum, damnosumq;. Plin. lib. 8. Ille contra urinam spargit prudens hanc quoque leoni exitialem. Vergil. Sed me fata mea, & scelus exitiale Lacena.

Exitium, ab exeo, is. Festus, Exitium antiqui ponebant pro exitu, nunc exitium pessimum exitium dicimus. unde & mors dicitur. Aliquando calamitas. Terentius in Phor. Quod ego nunc subito huic exitio remedium inueniam miser? Colum. lib. 1. Sic emunita sola & latera horreorum prohibent cureuionem, quod genus exitij, quum incidit, multi opinantur arceri posse, si exesa fruges in horreo uentilentur, & quasi refrigerentur.

Exitus, us. euentus, casus. Cic. de Cla. 17. 6. Bestia bonis inijs orsus tribunatus, tristes exitus habuit consulatus.

Exiure manum conferere, dicitur quasi simul coniungere, & commiscere manus in rem, de qua erat controuersia.

Exiuro, as. antiquum pro iuramento asserere, et affirmare. Plau. in Amphit. Quin ueni quando uis intro saxo aut quicquam sit morae, quando exiurasti te mihi dixisse per iocum.

Exlex, qui sine lege uel extra legem uiuit. (ἀνομος) Lucil. Satyra 2. Non dico, uincat licet, & uagus exulet, erret Exlex. Varr. Postremo quaro, parebis legibus an non? an ne exlex solus uiuis?

Exochè, (ἐξοχή) eminentia uel excellentia. unde κατ' ἐξοχὴν dicitur per excellentiam. Verg. 1. Georg. Nec Pelusiacae curam aspernabere lentis. Vbi Ser. Pelusium unum est de septem ostijs Nili, ubi optima lens nascitur. unde κατ' ἐξοχὴν locutus est.

Exocœiut, piscis sic dicitur ab eo quod in sicco somni causa exeat. Plin. lib. 9. cap. 19. ἐξοκαίωτος.

Exodium, (ἐξόδιον) genus cantus, ut inquit Iul. Pol. quem edentes de theatro cantare consueuerant, ab ἐξοδῶν. Sunt, qui exponant exodium esse cantum, ab ἐξο extra. ὁ δὲ ἄλλος cantum. Erant enim secundum eos exodia ridicula uersibus in texta, fabellis Attellani spotissimum inserta, quae sine cantu solebant iuuenes iactitare. Sed illis syllabae quantitas aduersatur. Iuuen. Tandemq; redit ad pulpita notum Exodium. Et iterum: Vrbicus exodio risum mouet Attellanae. Suetio. in Tyberio: Vnde uox Attellanico exodio proximis ludis assensu maximo excepta percrebruit, hircum capris naturam ligurire. ἐξόδιον etiam significat exitum, quas ἐξο τῆς οὐδῆς, id est extra uiam. Vnde Varro finem uitae appellat exodium. Item: Quod ceperas modo in uia narra, ut ad exodium deducas. Vnde etiam Exodus liber, quo Iudaeorum exitus ab Aegypto describitur.

Exolesco, is. lui. uel leui. ab exoleo fit, & significat: crescere desino. ἐξίσταμαι, ἀνομαρπίνομαι. Vnde Exoletus, (ἐξολετός, ἀνομαρπίνοτος) masculinum scortum, seu pathicum concubinum iam adultum, & ferè dimissum, quod crescere desinit, significat. Olim Alexander Romanorum Imperator exoletos Helioabali iussit deportari, aliquos etiam naufragio mergi. Aliquando exolescere, est uehementer crescere. ἀνακλύω. Vnde Exoletus. a. um. (ἐξολετός) pro uehementer adulto. Plaut. Reliqui domi exoletam uirginem. Aliquando significat ueterem fieri, deficere. Agreius: Adolescere augmenti est, inolescere coaugmenti, exolescere uanescens. Plin. lib. 17. Carchedonij nescio an in totum exoleuerint, postquam metalla aeris ibi defecerunt. Col. lib. 2. Nam multa sunt (ut dixi) quae negligentia exolescant, & fiant sterilia. Vnde Exoletus. ἀπρηχασμένος, uetustus, & ab usu remotus. Quintil. lib. 8. Obscuritas fit in uerbis, etiam ab usu remotis, ut si commentarios quis ponificum & uetustissima sacra, & exoletos scrutatus auctores, id ipsum petat. Liu. Arte agendum exoleto iam uetustate odio.

Exoluo, is. (ἀνονώ κτηνῶν, ἀνονώ κτηνῶν) quod ligatum erat perfectè soluo, expedio, libero: & refertur ad multa, construiturq; aliquando cum accusatiuo solo, aliquando cum accusatiuo & ablatiui. Plau. in Epid. Tu ut exoluam manus. Laet. lib. 1. Religionum animos nodis exoluere pergo. Liu. ab. Vrb. 9. Nam quod deditioe nostra negant exolui religione populum. id est scrupulum adimi. Laetian. lib. 7. Imperatori omnium Deo fides seruanda est, qui non tantum uiuentibus, sed etiam mortuis potest uirtutes exoluere, quasi praemio officere. Plin. in. Epist. Pecuniam etiam, qua tunc ampliore illi opus erat, ut a alienum exoluere, & c. Idem: Impleui promissum, priorisq; epistolae fidem exoluo. Teren. in Hecy. Illas erore, & te simul suspitione exoluo.

Exoculatio, is. (ἐξοκλασίς) uide in dictione Oculo. las. Exoculatus, (ἐξοκλασμένος) oculis priuatus. Apuleius, Caecam, & prorsus exoculatam esse fortunam.

Exomidias, (ἐξομίδας) pen. cor. appellant uestes sine manicis, quasi humero tenus exertas, & citra humerum desinentes. Talibus usi sunt monarchi, qui hodie aequè figurantur exercitiis extra uestem brachijs. Quod genus uestium colobria nuncupant, quasi truncata, & mutilata sine manicis. Sunt qui comitorum uestimentum esse intelligant exercitiis humeris.

Exomphalon, (ἐξομφαλον) tumor & inflatio umbilici.

Exomus, (ἐξομος) id est expeditus, & exercitiis humeris.

Exonero, are. uide Onero.

Exopinatio, aduerbium. Liu. 4. ab Vrb. ipse parte copiarum paruo circuitu locum maxime secretum ab tumultu petiit, unde nec exopinatio aduersum hostem inuadat. Hoc est, insperato, & praeter spem.

Exopto, uide Opto.

Exopolis, (ἐξοπολις) penul. corr. dicitur, qui extra muros urbis habitat, quasi extramuranus.

Exorbio.

Hand firmi aymmi fatovim: hic uerity illum. Govt mlti: Nung. lib. 2. Ferrid.

**Exorbēo.** es. haurio, & helluor. Cic. de Orat. 104. Ne iniquo iudicio exorbeatur sanguis meus.

**Exorābilis.** (ἀναντιεύτος) ab Apuleio uocantur omnia artificia lia argumenta, quibus orator per uim eloquentiæ iudices exorat.

**Exorbīto.** tas. pen. cor. quasi exorbita recedo. (παρὰ τὴν ὁρίαν, ἀφ' ἡμετέρας τῆς ὁρίαν) August. lib. 9. de Ciuit. Non eis cedentes ad aliquid approbandum uel perpetrandum, quod exorbitet ab itinere sapientiæ & lege iustitiæ.

**Exorcismūs.** (ἐξορκισμὸς) adiuratio.

**Exorcīsta.** (ἐξορκιστὴς) adiurator.

**Exorcīzārē.** (ἐξορκίζω) inquit August. lib. 1. de Beata uita, est per diuina immundum spiritum adiurando expellere.

**Exordīnē.** (ἐξῆς) sine intermissione. Verg. lib. 9. Georg. Sepem illam totos perhibent ex ordine menses Eleuisse.

**Exordīō.** iris. exorsus, (ἐξορμίσω, ἀναρπάζω) incipio. Plaut. in Asin. Pergam quod occipi, & ibi consilia exordiar.

**Exordīum.** initium. (ἄρχη) Verg. lib. 4. Aeneid. Quod nunc reginam ambire furentē Audeat affatur quæ prima exordia sumat? Cic. lib. 1. ad Heren. Exordium est principium orationis, per quod animus auditoris uel iudicis constituitur, uel apparatus ad audiendum. Dicitur exordium, quod ex re & causa uiscribus oriri debet. Sic exorsus, pro eodem: Verg. 2. Georg. Non hic te carmine ficto, atq; per ambages, & longa exorsa tenebo. Id est, simpliciter uniuersa describam: neq; ut in Aeneide aliquibus figmentis, aut ullis uariar ambagibus. Et Exorsus. ut. mas. gen. Cic. pro lege Manil. Sed pro uesiri imperij dignitate atq; gloria, quoniam is est exorsus orationis meæ, uidete quem uobis animum suscipiendum putetis.

**Exorīōr.** nascor, emergo, exurgo. ἀναρπάζω, ἀναρπάζω, ἀναρπάζω. Verg. Exoriturq; clamorq; uirum, clangorq; tubarum. Teren. Tu sola exorire, quæ perturbas hæc tua imprudentia. Aliquando pro inuadere. nam (ut Donat. scrib.) qui expectans aliquem inuadit, exoriri dicitur. Aliquando pro recreari. Cic. ad. Att. lib. 7. Nunc uenit idem usu mihi, quod tu tibi scribis, quoties exorior, ego enim nunc paulum exorior, & maxime quidem his literis, quæ Roma efferuntur. Exoritur rex id est, fit rex, & creatur in regem. Cic. 3. Off. Sed repente anuli beneficio rex exortus est Lydia.

**Exortūs.** us. ut exortus solis, exortus syderum, Plinius.

**Exortiuūs.** a. um. adiectiuum. Plin. lib. 18. ca. 34. A parte exortiuua solstitialem habebit exortum. id est orientem uersus. Idem libro 7. capite 43. Negauerunt illi quendam nonaginta partium exortiuam mensuram, quod anaphoras uocant, transgredi. De uarietate nascendi loquitur, exortiuam igitur mensuram. id est eam, quæ ortus nostri spacium complectitur.

**Exorno.** as. ualde orno, seu magnifice apparo, instruo. (διακοσμάω, ἐξορνώ, κατακόσμος) Plaut. in Aul. Repudium rebus paratis, exornatis nuptijs. Teren. in Eun. Ita uisus est dudum, qui a uaria ueste exornatus fuit: nunc eo uidetur tibi scædus, quia illam non habet. Interdum scædare significat auctore Nonio. Idem in Heauton. Ego ne? si uiuo, adeo deperum, Adeo exornatum reddam, ut dum uiuat, meminerit, semper mei.

**Exoro.** (ἐξορῶ, καταδύω, ἀντιδύω) pen. prod. orando induco, seu orando impetro. Teren. in Phor. Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc. Idem: Orator ad uos uenio ornatu prologi, sumite exorator sum. Interdum pro magna gratia orare, præsertim quando cum duobus accusatiuis constituitur. Plautus in Cap. Vnum exorare uos sumite nos. Sic dicimus, Hoc unum te exoro: hoc est, unum pro magna gratia, siue unum magnopere te oro: Quod præpositio ex, & oro commode & naturaliter expetunt.

**Exorābilis.** le. qui exorari potest, & a quo facile obtinemus,

quod petimus. Cicero ad Qu. fra. lib. 1. Nam si implacabiles sunt iracundiæ, summa est acerbitas: sin autem exorabiles, summa est lenitas: quæ tamen ut in malis, acerbitati anteponeunda est.

**Exōrs.** tis. extra sortem, (ἀντίτυπος) cui contrarium est consors. ὁμοτύπος. Vergilius 7. Aen. Nam te uoluit rex magnus Olympi, Talibus auspicijs exortem ducere honorem. Liuuius 3. Bel. Pun. Vnum esse exortem Punice amicitia, forderisq; secum facti. id est, qui non esset particeps amicitia. Sic exors culpa, apud eundem lib. 2. Bel. Pun.

**Exōr.** sine offe. (ἀνός) Lucilius, Exos & exanguis tumidos perfluat artus. Plautus in Menæh. Faciam quod iubes, securim capiam ancipitem, atque hunc ego senem exossem reddam.

**Exōsso.** as. ossa detraho (ἐξοσάω) Terentius in Adelphis. Congrum istum maximum in aqua sinitio ludere paulisper: ubi ego uenero, exossabitur. Apuleius. Exquamatus atque exossatus piscis uix palpitat amplius. Plautus in Amphit. Exossatum esse oportet, quem probe percusseris. Columel. libro 12. capite 31. Ergo sitientem suam cum occideris, bene exossato. nam ea res minus uitiosam, & magis durabilem salisuram facit.

**Exōsūs.** a. um. adiectiuum, actiue dicitur, qui odio habet. Verg. lib. 1. Aen. Iupiter omnipotens si nondum exosus ad unum Troianos, si quid pietas, & c. Accipitur aliquando passiuè, ut apud Gell. lib. 2. cap. 18. Eius Epicleti etiam de se scripti duo uersus feruntur: ex quibus latenter intelligas, non omnes modò dijs exosos esse.

**Exōsūs.** a. um. penul. cor. peregrinus, aduentitius. ἐξωτός. Plaut. in Musi. Non omnes possunt olere unguenta exotica. hoc est aliunde apportata. Dicitur exoticum ab ex, extra, & orion auris, quasi a nostris auribus alienum.

**Expāllesco.** pallesco, pallidus fio. Cic. ad Her. 7. Erubuisse, expalluisse, titubasse.

**Expāllo.** as. are. pallium auferre. Plaut. in Casi. Neq; quibus modis purgem scio me meæ uxori, expalliatum sum miser.

**Expālpo.** as. elicio. ἀποδάσσω. Plaut. in Aul. Nunc seruus at a gentum a patre expalpabit.

**Expāndo.** is. aperire, extendere. ἐξαρνώ, ἐκτείνω. Colum. lib. 12. ca. 13. Hæ herbæ diligenter purgantur, & sub umbram expanduntur. Expandere dictis, explicare. Lucr. lib. 1. Et rerum naturam expandere dictis. Vnde Expanditor uerba le. Plin. in Paneg. Neq; enim solum uagus ille expanditor amnis intra usurpata semper collium subliterat, atq; hæserrat. Id est qui se desborde.

**Expāpillo.** as. usq; ad papillam denudo, unde brachium expapillatum dicitur. Plaut. Mil. Idem & cum nexu in humero, læuo expapillato brachio.

**Expāto.** as. penul. correp. in locum patentem me do. Pacuuius: Expatant se omnes, publiceq; ostendunt. Et sic a pateo fit. Quidam a spacium deriuant, ut fit in spacium se conferre.

**Expēcto.** as. ab ex & specto, maneo, operior. Sedemus enim alii quid aspicientes diutius in eodem loco manere. ἐμενέω, ἐμενέω, ἐμενέω. Teren. in Phor. Senem quod expectatis uestrum? Itē pro desiderare, quoniam quæ desideramus, cum uoluptate aspiciamus. Verg. lib. 2. Expectate uenis. ἐμενέω. Teren. in And. Expecto, quid uelis. Id est, desidero scire, quod uelis. Expectatus quoque pro odioso & molesta uita. nam filijs parentes aut amabiles sunt, aut expectati: amabiles boni: expectati mali, quorum mors in dies singulos expectanda & exoptanda est. Item pro sperare. ἐμενέω. Verg. lib. 1. Georgie. Sed illos expectata seges uacuis elusit arsis. Expectatio, desiderium: ut, mouere expectationem, pro excitare desiderium. Cicero ad Atticum lib. secundo. Quam tam tu mihi moues expectationem de sermone Bibuli? Vin-

cere expectationem omnium, hoc est opinionem & existima-  
 tionem. Cic. 7. Ver.  
 Expēctō. ras. penul. correp. extra peclus ejicio. ἀπερπίσω.  
 Cic. lib. 3. de Orat. Tum pauor mihi sapientiam omnem exa-  
 minato expector at.  
 Expēctūti, dicuntur serui sine peculio. Plautus.  
 Expēditio. dis. penul. correp. libero, & quasi pedum ligamenta  
 dissoluo. ἀπολύω. Sisen. lib. 3. histor. Inermes armat, impedi-  
 tos expedit. Aliquando ponitur pro explico. ἀπαλλάσσω. Se-  
 neca: Tandiu utile sit, expedit. Aliquando pro extra fero, pro  
 fero. Vergil. Cereremq; canistris Expediunt. Aliquando  
 pro extollo. Idem. Tum uerò augurium Rutuli clamore sa-  
 lutant, Expediuntq; manus. Et expedire, est utile, seu bo-  
 num ac necessarium est. συμπεραίνω. sed hoc tantum in ter-  
 tia persona singularis uel pluralis numeri. Teren. in Heaut.  
 Expedit bonas esse uobis. Idem in Phormione: Nostapte  
 culpa facimus, ut malos expediat esse, dum nimium dici nos  
 bonos studemus atque benignos: id est, congruat, & quasi ne-  
 cesse sit. Est etiam euentum habere. ἀνύω. Plau. in Amph.  
 Nequiter penē expeditiuit.  
 Expeditus, nomen ex participio, id est paratus. Cas. 2. Bell.  
 Gall. Caesar sex legiones expeditas ducebat. Ci. 11. Phil. Ex-  
 pedito nobis homine & parato P. C. opus est. Expedita coe-  
 na, breuis, & succincta, apud Plin. in Epist. Expeditum iu-  
 ter, Cic. ad Att. lib. 16. Omnibus copijs te implicet, ne ad me  
 iter expeditum tibi sit. Expeditior labor, facilius, apud Co-  
 lum. lib. 2. cap. 4. Sic expediti milites, dicuntur leuioris ar-  
 matura, & sine impedimentis. συμπεραίνω, ἀπολύω. Sallust. Le-  
 gionem cum qua hyemabat, & quam plurimos potest Numi-  
 das equites pariter cum occasu solis expeditos educit. Ex-  
 pedita legio, expeditus exercitus, expedita subsidia: in qui-  
 bus milites sunt leuis armatura, & qui facile huc illuc per-  
 ducuntur. Liuius 4. Bel. Pun. Cum legione expedita profe-  
 ctus. Cicero ad Cato. Cum aduersperasceret, expedito exer-  
 citu ita noctu iter feci, ut, &c.  
 Expeditio, (ἀποβλή, σπαρσία) uocatur, cum exeunt milites ad  
 bellum, quod expediunt Rempub. aut se à ceteris negocijs.  
 Curtius: Omnem expeditionem ac militarem apparatus  
 adduxit. Et suscipere expeditionem. ἀνίστασθαι.  
 Expello. lis. expuli, ejicio. ἐξωθῶ, ἀβάλλω. Plaut. Ancillam do-  
 mo expulit. Caesar. 3. Bell. Ciuil. Magnis copijs cum sorore  
 Cleopatra gerens bellum, quam paucis ante mensibus per su-  
 os propinquos atq; amicos regno expulerat.  
 Expēdo. dis. di. sum. pondero. καταμέτρον. Plau. in Asin. Quot  
 pondo te censēs esse nudum? At polego qui te expendi scio,  
 nudus uinctus centum pondo es, per pedes quando pendes.  
 Quandoq; significat exacte examino, considero. ἀξιολογῶ,  
 ἐξετάσσω. Cic. lib. 1. Offic. Quae contemplantes expendere o-  
 portebit, quid quisq; habeat sua eademq; moderari. Quan-  
 doq; est perfecte soluere. ἀνατίω. Vergilius 2. Aeneid. Et sce-  
 lus expendisse merentem Laocoonta ferunt: id est persoluis-  
 se. Quandoq; exponere, erogare. ἀνατίω. Vnde  
 Expēnsa. a. & Expensum si. (δανάσι) sumptus: hoc est, quod  
 erogatur. Plautus in Trucul. Vsuarua accipiat illico ex-  
 pensa. Plin. lib. 33. cap. 3. Et adhuc expensa in rationibus di-  
 cuntur. Expensum ferre, est scribere se pecuniam dedisse,  
 ut scribit Asconius: ut cum per singula expensi nomina, sum-  
 mam quandā expensam ascribimus. Nomina autem uocan-  
 tur in rationibus, quos nunc articulos dicimus. Cic. 3. Verr.  
 Homo amantiissime, tabulas cum conficeres, &c. satis te el-  
 psurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam ere-  
 debas, ijs expensum non ferres, neque in tuas tabulas ullum  
 nomen referres? Idem cum tot tibi nominibus acceptū Cur-  
 tij referrent, quid proderat tibi expensum illis non tulisse?  
 Expensam ferre, non solum de pecunia, sed etiam de alijs  
 operibus dicitur. Caelius Cic. Mentio facta est de legione ea

quam expensam tulit Caio Casari Pompeius. Iabolenus De  
 supel. leg. l. Qui uestem communem omnem, & res plurium  
 generum supellectili expensam ferre solitus erat.  
 Expērgisco. is. & Expergesacio, & Expergesico, actiuam si-  
 gnificationem habent. ἀγρυπῶ. Plin. Vruca letargicos ex-  
 pergescit tactis cruribus, magis fronte. Aul. Gell. Ingenio  
 expergescendo ratus idoneas. Cic. Experge te facias, dixit  
 pro, te expergescias. Expergescor, et expergescio, passiuam.  
 Cicero, Expergescimini aliquando, atque exurgite. Ab ex-  
 pergescor fit experrectus secundum Diomed. Expergitus ab  
 expergor: & Expergesfactus ab expergescio. Expergitus di-  
 citur, qui satiatus somno, sponte uigilat. unde & Lucil. ait:  
 Ego è somno pueros quum manē expergitus, clamo. Ex-  
 perrectus, à quiete impeditus. Sallustius: Experrecti somno,  
 arreptis armis tumultum facere. Expergesfactus, (ἀγρυπῶ  
 δέσ) qui per alium somno excitatus est. Festus aliter, Ex-  
 perrectus, qui per se uigilare cepit: Expergitus, ab alio exci-  
 tatus, quem solemus dicere expergesfactum.  
 Expērgo. gis. rex. rectum, quasi exporrigo, à somno excito. ἀγ-  
 ρυπῶ, ἀγρυπῶ. Cicero: Experge te iam. Actius in Antig.  
 Heus uigiles properate, expergite peccata tarda Sopore, ex-  
 urgite. Gel. lib. 6. c. 10. Ista re animos iuuenum expergebat.  
 Vnde experrectus, excitatus, quod recentēs à somno por-  
 rigi & extendi solemus. Cic. 1. De Deum. Cum autem exper-  
 rectus esses hora secunda ferē, &c.  
 Expēriētia, (ἐμπειρία, ἀπόπειρα) cognitio nullo docente per  
 usum reperta, & proprie singularium: ars uerò uniuersa-  
 lium, ut ait Arist. 1. Met. Man. li. 1. Per uarios usus artem ex-  
 perientia fecit, Exemplo monstrante uiam.  
 Expēriō. riris. experius, (ἀποπειραῖος, ἀπειραῖος) signifi-  
 cat sentire, probare, & tentare, ac periculum facere: à  
 peritia deriuatum. Plautus in Amphit. Experiri ista  
 huc mauelim me, quam mihi memorarier. Terentius in  
 Eunuchō. Omnia prius experiri consilio, quam armis sa-  
 pientem decet. Vnde in expertum. ἀναπατος, ἀναπος. intenta-  
 tus. Vergilius. Ne quid in expertum frustra moritura relin-  
 quat. Et experiri, doceri. Idem, Vos & Cyclopea saxa  
 Experti reuocate animos. Vnde experii, (ἐμπειροί) peritii di-  
 cuntur. Est etiam actionem intendere in iudicio. ἀγρυπῶ  
 ἴδω, ἀίλω, ἀγρυπῶ.  
 Expēriēns uir, qui ualde experitur. Cic. pro Aul. Clue. Quae  
 literas A. Aulius uir fortis & experiens, & domi nobilis, M.  
 illius Aulij propinquus, in foro palam multis audientibus,  
 cum adesset Oppianicus, recitat. Horatius: Et decus, et pre-  
 cium rectē petit experiens uir.  
 Expēriēntium. Pli. in Pan. Discat igitur Aegyptus, credatq;  
 experimēto, non alimenta se nobis, sed tributa praestare. Idē:  
 in Epist. Inde abortus, & ignorati uteri triste experimētū.  
 Expērs, (ἀπειρος) extra partem, uel sine parte, & ponitur pro  
 ignaro rudiq; et nullam rerum experientiam habente. Plau-  
 in Amph. Diues operis, & laboris expers. Cic. 6. Ver. Eius  
 quidem temporibus in omni orbe terrarū uacui, expertes, so-  
 luti, ac liberi fuerunt ab omni sumptuum molestia. Apule-  
 ius: Homo rudis, omnium bonarum artium expers. Quando  
 que etiam pro eo qui nō sentit. Vnde expers doloris, qui non  
 sentit dolorem. Expers moriis, qui non moritur. Expers lu-  
 cis, qui non habet lucem. Quidam hoc nomen componi uo-  
 lunt à pars, quidam ab experior.  
 Expērsium, (ἀπειροσύνη) madefactum dicimus. Vergilius: Sae-  
 niēq; expersa natarent Limina.  
 Expēs, (ἀπειρία) ab ex, & spes, sed s abijcitur, & significat extra  
 spem, uel sine spe.  
 Expēto. tis. (ἐπιμαύ) pen. cor. quo ad significationē cupiendi,  
 uide in Appeto. Interdum expetere significat euenire, sicut  
 appetere, aduentare. Plau. in Amphit. Ergo in seruitute ex-  
 petūt multa iniqua. Interdum uelle. ἐξαρῶ. Pacuuius: Dij  
 me et si

me est perditum, tamen ad uitam expetunt. id est, uolunt. Interdum accipere, transcendere, euadere.

Expētisco. is. ere. uehementer desiderare. Plautus in Mil. A luctulenta, atq; festiua femina. Quae te amat, tum quae expeti scit pulchram pulchritudinem.

Expētisso. is. ere. idem quod petere, siue desiderare. Plautus in Trinum. Sed hoc non liquet, Nec satis cogitatum, utram potius harum mihi artem expetessam. Idem in Asin. Vltro amas, vltro expetessis, vltro ad te accerssi iubes.

Expicio, cuius frequentatiuum est expectio, ab ex praepositione, & specio inusitato uerbo.

Expilo. las. ἄρως ὁφθαλμοῦ, ὡς ῥιπιδάω. pen. prod. diripio, de praedior. furtiue fraudo, quasi ne pilum quidem relinquere: & si alij dictum existiment à pilis Romanorum telis: uel à Graeco πῖλον, id est complano, quod qui è domo suppellectile detrahunt, aequare ac complanare omnia uideantur. Inde apud Iurecons. titulus est de Crimine expilatæ hereditatis. Et qui alienam hereditatem expilauerit, extraordinarie solet coerceri. Cic. in Part. Si socios spoliatis, ærarium expilas. Ouid. li. 23. Met. Expilatq; genis oculos. Matern. Si Luna à Mercurio defluens feratur ad Martem in diurna genitura, faciet effractores, fures, & qui templa semper sacrilego furore expilent. Cic. 6. Ver. cum in suspicionem uenissent suis ciuibus sanum expillasse Apollinis.

Expio. as. purgare, & mundum ac purum facere. καθάρω, ἀνοίω, ἀποδοιοποιέω. Liu. Ita q; ut cædes manifesta aliquo tamen piaculo lueretur, imperatum patri, ut filium expiare pecunia publica. Plin. in. Epist. Dum se prægnantem esse puellariter nescit, ac per hoc quædam custodienda prægnantibus omittit, faciet omittenda: quem errorem magnis documentis expiauit, in summum periculum adducta. Expire scelerata, id est punire. Cic. in Pis. Tua scelerata dii immortales in nostros milites expiauerunt. id est, propter te affixerunt nostros. Sallust. Neq; barbaro ritu cæde cædem, & sanguine sanguinem expiandum.

Expitro. as. are. ἀπὸ τῆς ῥομῆς, ἕξ τῆς μίσης pen. prod. dictum à spiritu effuso, uel à spiraminibus, quasi spiritum emitto. Lucr. lib. 3. Expirans animam pulmonibus eger agebat. Aliquando per se plenum est, expirauit: id est, mortuus est. ἕξ τῆς πνοῆς. Liuius 2. ab Urb. Inter primam curationem expirauit. Ponitur aliquando translate. Plin. in. Paneg. Ita uero quæ ciuitas quinquies, atq; etiam sexies consules uidit, non illos qui expirante iam libertate per uim ac tumultum creabantur. hoc est declinante.

Expiscor. aris. (ἕξ ἀκριβῶς) est diligentissime querere ubi nam pisces lateant, auctore Donato: sed translate pro indagare sumitur. Teren. in Phor. Perinde expiscare, quasi non noris. Quandoq; lucrifico. ἕξ πῶς. Plaut. Tandemq; nescio, quid ab eo expiscatur.

Expisso. as. are. spissum facere. Plin. lib. 25. cap. 13. Semine trito expressus, et sole densatus in pastillos, nec at sanguinem expissando. Idem lib. 20. cap. 7. Expissatum lac.

Explano (ἐξ ἀνάσσει, ἀποκρίνω, ἀπομαρτίνω) penul. prod. planum facio: ut, Explanatus in denos pedes cortex, apud Plin. lib. 16. cap. 8. Explanare etiam est declarare, manifestare, exponere. Teren. in Phorm. Quem amicum tuum ait fuisse istum? explana mihi. Cic. 7. Ver. Explanandum est enim diligentius eorum causa, qui locum ignorant. Idem 3. Tuscul. Non enim uerbo solum posuit uoluptatem, sed explanauit, quid diceret. Sallust. De cuius moribus hominis pauca prius explananda sunt, quam initium narrandi faciam.

Explo. pler. perfecte impleo, seu satio. ἐμπλήρω, ἀναπλήρω. Verg. li. 4. Georg. Improbus ingluuiem ranisq; loquacibus explet. Sallust. Neq; prius iugulandi finis fuit, quam Sylla omnes suos diuitijs expleuit. Interdum compleo, seu perficio. Verg. Discedam, explebo numerum, reddatq; tenebris.

Plin. li. 3. 6. Vlcera eorum purgant leniter, explentq; cicatri ces & emendant. Interdum consolor. Teren. in Heau. Hem tot mei solius solliciti sunt causa, ut me unum expleant. Interdum minuo: nam ex quandoq; priuatiua est. Ennius: Nauibus explebant sese, terrisq; replebant. Explere animum curis, pro exonerare. Teren. in Hecy. Exple animum, teq; hoc crimine expedi. Explere animum, pro satisfacere animo. Teren. in And. Dum tempus ad eam rem tulit, siui, animum ut expleret suum. Explebilis. le. quod expleri potest. Cicero 4. Tusc. Indigentia, libido explebilis.

Explenunt, pro explent, scripserunt Veteres.

Explico. as. explicui, & explicauit, explicitum & explicatum, significat extendere atque euoluere. & proprie de ijs rebus, quæ plicis inuolutæ sunt: ut, Explicare uestes, Cic. Explicare uelum, Plau. Explicare plagas, Martial. Dicitur & de alijs rebus. Verg. 2. Georg. Sed trudit gemmas, et frondes explicat omnes. Mart. De pauone: Miraris quoties gemmas res explicat alas. Ouidius. Atq; explicat ensem. Et apud Liuium. Explicare aciem, siue ordines siue agmen dicuntur imperatores, cum milites suos in patentem locum exponunt ad concertationem ineundam. Apud Cic. Explicare literas, siue epistolam, pro aperire, & clausam referare. Sic explicare uolumen. Et explicitus liber, pro absoluto, Mart. P. Bemus: Itaq; libros singulos excuiens, in uolumen incidit sepositum, nec satis explicatum epistolarum. Explicatam esse urbem in plano loco, pro dispositam esse, & descriptam. Explicare domum umbra, id est reddere, Mart. Claudia diffusas ubi porticus explicat umbras. Explicare negotium aliquod, siue mandatum, pro absolueret, expedire, exequi. Explicare se laqueis, et periculis, pro liberare. Cæs. Legionem quartam decimam & sextam ex hybernis ab Arare educit, quas ibi explicandæ rei frumentariæ causa superiore Commentario demonstraui. id est, ut per eos faciliorem haberent rem frumentariam. Transfertur etiam ad res obscuras & difficiles, & pro explanare atq; ostendere ponitur. Cicero ad Att. 13. Quod me hortaris, ut eos dies consumam in philosophia explicanda, id est in scribendo aliquid planius in philosophia. Ad eundem, li. 10. Meas cogitationes omnes explicauit tibi superioribus literis. Hinc deducuntur, Explicatio, uerbale. Explicatus. us. nomen. Cic. De Nat. 3. Quibus non uulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Idem: Hæc fere dicere habui de natura deorum, non ut eam tollerem, sed ut intelligeretis, quam esset obscura, & quam difficiles explicatus haberet. Inde etiam explicabilis. le. ut Explicabilis mensura, Plinius. Et explicite aduerb. pro clare & aperte. Item explicite, Cæsar. 1. Bell. Gallie. Sed ex propositis consilijs duobus, explicitius uidebatur ad Ilerdam reuertii: id est expeditius, & celerius.

Explodo. is. penul. producta: explosi, explosum, ab ex, & plodo, significat cum sono elido, quod fit cum rem quæ non placuit, clamore, & gestu, ac strepitu damno. Nec proprie idem est, quod manibus cum sono pulsantibus eicio, sicut Laurentius Valla docuit: nec supplodo, est pedem terre incutio: nec complodo, significat aduersas manus inuicem collido. Quod nō significat ex se, alioqui Cicero frustra pedem adiecisset, lib. 1. De Orat: Pedem nemo in illo iudicio supposuit. Similiter Quintil. lib. 11. Pedis suppositio, ut loco est opportuna (ut ait Cic.) in contentionibus aut incipiendis aut fouendis: ita crebra est inepti hominis, & desinit iudicem in se conuertere.

Aliquando per translationem suppositus, pro reiectus ponitur. Apuleius scribit, complodere uacuas manus doloris & mæstitiæ signum esse. Quintil. lib. 11. Nam etiam & complodere manus scenicum est, pedes applodere interim licet. Præterea quod ista uerba à plodo cōposita, non nisi actibus pedis uel manuum accommodari possint, minime crediderim.





gentem. Modò accensum, inflammatū. Idem: Sæuit agris, asperq; siti atq; exterritus astu.

**Extillo.** las. ab ex & stillo. (unde & distillo. κατασπῆ) idem significat, quod suum simplex. id est guttare, & guttatim finire. Teren. in Phorm. Hisce ego dictis illam tibi ita incensam dabo, Vt ne restinguas lachrymis, si extillaueris. id est, si lachrymæ ex corpore guttarēt, aut corpus guttatim finiretur, uel totum in lachrymas conuerteretur.

**Extimesco.** (ἐπιθαρο) ualde timeo, actiua tantum significatio nis reperi. Cic. in Cat. Quod igitur adulescentes, & hi quidem non solum indocti, sed etiam rustici contemnunt, id docti senes extimescent? Casar. Bell. Gall. Quarū rerum omnium nostris nauibus casus erat extimescendus.

**Extimū.** (ἐπιθαρο) & extimē, superlatiua sunt, ab exterior & exterius comparatiuis. Quanquam & Latine extremus, (ἐσχάτος) & extremē dicitur, de quo inferius.

**Extinguo.** is. (ἐσθῆμι, ἀποσβέννυμι) ab ex & tinguo: proprie dicitur de ijs, quæ incensa sunt. Plaut. in Asin. Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat. Post id, si lucerna extincta sit, nequid, &c. Idem in Persa: Da illi cant harum, extingue ignem, si cor uritur, Caput ne ardeat. Per translationem uero accipitur pro opprimo, sic tamen, ut minorem in se uim habeat, quàm opprimo. Cicero in Lelio: Primum danda opera est, ne qua amicorum disidia fiant: sin tale aliquid euenit, ut extincta potius amicitia, quàm oppressa uideatur. Quasi quod extinguitur, possit redamari: quod opprimitur, non queat. Aliquando pro accidere, destruere. Laetan. libro. 3. Cælestes animas unā cum corporibus extinguunt. Idem li. 4. Iudæorum nomen & gentem Vespasianus extinxit. id est deleuit. Terentius in Adelph. Seniam animā primum extinguere ipsi, qui illud produxit scelus. id est auferrem. Aliquando est perfectè distinguere. & ἐξίστασθαι. Idem in Horten. Quam si subtraxeris, qui extingues artificem ab inscio?

**Extirpo.** proprie significat radicitus euellere, & cum stirpe ipsa totam plantam ex terra abstrahere: per metaphoram tamen ad alia quoq; transferitur. unde extirpari uitia dicimus, quasi funditus tolli. Colum lib. 2. cap. 2. & extirpandis radicibus.

**Extispicēs.** (σπλαγγνοσκοποι, ἰσποσκοποι) penultima correpta, dicti sunt haruspices, qui ab extis inspectis futura prædicunt. Varro Sarrano: Te consulem mihi pelum cedere subsillio, & hostia, sed extispici disputanti relinquo. Extispicium, & extispicina, ipsa extorum inspectio, quæ alio nomine haruspicium dicitur, uel haruspicina. Accius in Medea: Principio extispicium ex prodigijs congruens ars te arguit.

**Extio.** tas. extiti, supinum non legi. emineo, super sum. ἐξίστασθαι. Verg. Torpent mole noua, & summis uix cornibus extant. Colum. Fasciculos sarmentorū brachij crassitudinis demittito ita, ut supra terram paululum extant. Vnde extare dicuntur libri, (ἐξίστασθαι, ἐξίστασθαι) qui demortui non sunt. Cic. Quæ (ut scis) extat oratio. Nam ut de homine qui adhuc uiuit, dicimus, superest, quasi nō est sub terra humatus: ita de reb. quæ extant, quasi extra stāt, & non latent. & est translatio sumpta à statua, quæ stat & apparet. Inde etiam pro manifeste esse ponitur. Laetan. lib. 4. Si cælestibus beneficijs extiterit ingratus.

**Extollo.** lis. extuli, elatum, (ἐξείλω) uide in Tollo.

**Extorqueo.** ques. extorsi, extorsum, uel extortum, significat tormento ueritatem elicere. βασανίσω, ἐκβύλλω. Donatus: Torquemus hominem, extorqueamus ueritatem. Aliquando etiam per uim aufero, extirpo, euello. Cicero in Catilina. Nec mihi hunc errorem, dum uiuo, extorqueri uolo. Liuius libro secundo, Neq; ambigitur, quin Brutus, qui tantum gloria Superbo exacto rege meruit, pessimo publico id facturus fuerit, si libertatis immatura cupidine, priorum regum alia

cui regnum extorsisset.

**Extorris.** (ἐκτορις, ἐξείω) qui est extra terram, id est patriam eiecus: simul exul, extra solū. Cellius: Exul, extorrisq; esto. Liu. Extorrem urbe, domo, penatibus, foro, congressu aquilium. Hos nunc excommunicatos uocamus, quibus scilicet humanitatis iura uicissitudinemq; officiorum uetamur exhibere. Extorris pro uagabundo. Sappho ad Phaonem, At uos extorrem tellure remittere nostrum.

**Extrea.** (ἐξω, ἐκτός) præpositio separata, cui contraria est intra, (εἰς, ἐν). Ab extra deducuntur exter, exterus, extraneus, extrarius, extrinsecus, extorsum, (ἐξ τὰ ἐξω) extremus, & extro, tras.

**Extreñcus.** (ἐκ τῆς ἀλλοτρίης) qui est ex altera terra, quasi extraneus. Vnde extraneus hæres apud Suetoni. in Claudio Casare cap. 4. Nec dubium est quid post hæc Augustus constituerit, & reliquerit cum nullo præter auguralis sacerdotij honore imperitum: ac ne heredem quidem, nisi inter tertios, ac penè extraneos, ne parte sexta nuncuparet.

**Extraordinarij milites.** (ἐπιπλάται.)

**Extraordinariū,** dicimus quod præter ordinem fit. ἐπιπλάται, ὑπερπλάται. Cic. ad Brutum: Quare tum & facilitatē, & prouidentiam laudabo tuam, quum exploratum habere cæpero Casarem honoribus, quos acceperit, extraordinarijs fore contentum.

**Extrariū.** (ἐξω, ἐκτός) alienus, qui extra focum, sacramentum, iusq; est. Pompon. Prætere minabatur, si extrario nupsisset, nihil se filijs eius ex paternis eorum bonis testamentis relicturum. Hic accipitur pro eo, qui non sit domesticus, & ex eadem familia.

**Extremū.** ma. mum. (ἐσχάτος, ἄκρος) modò initium alicuius rei. Plautus: Ab extremo narrare incipiam: id est à principio. Modò finis. Vergilius: Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem. Ponitur nonnunquam pro seuo, perditissimo, ac nequissimo, quasi à consortio humanitatis remotum. Vergilius, Illam Terra parens ira irritata deorum Extremam, ut perhibent, Cæo Enceladog; sororem Progeniuit. hoc est pessimam. Seneca: In hoc summa bonitas, in illo extrema malitia. id est maxima, & ultra quam nihil sit. Quod non sine ratione esse uidetur, quandoquidem medici affirmant, deteriores esse qui ultimi nascuntur. Apul. lib. 3. Fateor Quirites, extremos latrones fugare, atque pro terra re aggressus sum.

**Extraho.** is. ere. extraxi, extractum, extra trahere: ut extrahere serpentes cantu: extrahere uenena corpori, Plin. Cic. pro Cluent. Extrahitur domo Oppianicus à Manlio. Liuius 6. Bell. Pun. Ni uenirent in senatum, circa domos eorum iuuros se, & in Publicum omnes uel extraherent esse. Extrahere diem, trahere in longum, & differre, ac proprie procrastinare. Casar: Catonem uero acerrimè repugnantem, & pristina consuetudine dicendi mora dies extrahentem, ut sui ratio absentis haberetur. Extrahere aliquem, pro inducere, & uehementer sollicitare, ut aliquid faciat. Liuius 2. Bel. Pun. Vulgus etiam extrahere ad consulatum nitebatur. Extraherius. a. um. Plin. lib. 24. cap. 11. Vulgaris arundo extraheriam vim habet. hoc est uacuatoriam, & educeriam.

**Extrico.** cas. (ἐκτριβω, ἀποτριβω) pen. prod. ab ex & trico, quod à tricus fit. trica autem sunt impedimenta & implicationes. Est igitur extricare, explicare, liberare. Plautus in Epid. Aliqua ope exoluam, extricabor aliqua. Laetan. lib. 3. Denique muta quoque animalia cum fraude capiuntur, si aliquo se modo in fuga extricauerint, sunt postmodum cautiora. Extricare locum aliquem, pro purgare, & mundare. Colum. lib. 4. Syluestris ager præcipue est eligendus, qui etsi fructibus aut arboribus obfessus est, facile extricatur. Hinc extricabile, à quo exiri potest. Cuius contrarium est inextricabile. Plinius lib. 36. Intus labyrinthū inextricabilem, quò si quis improperet

improperet, sine glomere lini, exitum inuenire nequeat.  
 Extrinsecus, (ἐξωθεν) pen. cor. uide in Intrinsecus.  
 Extro, tras. exeo. nam sicut intrare ingredi est, ita extrare egredi.  
 Afranius, Simul limen intrabo, illi extrabunt illico.  
 Extrorsum, (ἐξωθεν, ἀπὸ τοῦ ἴσου) significat extra uersus, sicut in  
 trorsum, intra uersus.  
 Extrudo, dis. (ἐξωθῶ) pen. prod. extra trudo, per uim expungo,  
 expello. Terent in Hecy. Eo amantem inuitum Pamphi  
 lum extrudit. Plautus in Aul. Nam qua nunc me causa ex  
 trusisti ex his aedibus?  
 Extruo, edifico, cōstruo. κατασκευάζω. Caesar 3. Bel. Gall. Om  
 nem eam materiam, quae erat celsa, conuersam ad hostem col  
 locabat, & pro uallo ad utrumq; latus extruebat. Extrue  
 re adificium in alieno, apud Cic. pro Mil. Extruere stra  
 menta in aceruum, apud Columel. lib. 6. cap. 3. Extruere  
 mensas epulis, & poculis, Cic. 5. Tusc. Extruere thermas  
 de marmore, apud Marti al. lib. 9.  
 Extubero, fit à tuber, & significat inflor, excreasco, & quasi in  
 tuberis formam efficio. ἐπιχρῶμαι. Plin. lib. 21. cap. 11. Neq;  
 in omnibus terris est, radice foliosa, ex qua media ueluti ex  
 tuberat. Idem lib. 37. Causa aut extuberantes uidentur uilio  
 res aequalibus. Loquitur de gemmis. Extuberatio. Plin.  
 lib. 31. cap. 9. Luxatis imponitur cum farina & melle, item  
 extuberationib. hoc est tuberculis per corpus euanescentib.  
 Extundo, is. extudi, extusum. (ἐκτείνω, ἐκτινάσσω) extor  
 quo, uel inuenio, scribit Nonius. Vergil. lib. 1. Georg. Vt ua  
 rios usus meditando extunderet artes Paulatim. Suet. Nec  
 ut appeteret, compelli nisi à matre potuit: ea demum extudit  
 magis conuicio, quam precibus. Extundere, studiose face  
 re. Verg. 8. Aen. Lanigerosq; apices, & lapsa ancilia caelo  
 Extuderat.  
 Exturbo, bas. è loco deijcio, extra turbo, expello. ἐξωθῶμαι. Ci  
 cero pro Cluen. Lectum illum geniale, quem biennio ante  
 filia sua nubenti strauerat, in eadem domo sibi ornari et ster  
 ni, expulsa atq; exturbata filia iubet. Plaut in Cur. Si recte  
 facias Phedrome, auscultes mihi, atq; istam exturbes ex ani  
 mo egri tudinem. Colum. lib. 9. Et in tranquillo cōsistens pi  
 scis, sedibus suis exturbatur.  
 Extusio, is. ire. tussire, & simul cum tussi aliquid eijcere. Plin.  
 lib. 35. cap. 17. Purulenta quoq; extusientibus, & contra scor  
 pionum ictus. Idem lib. 23. cap. 3. E radice olea quam tener  
 rime cortex derasus in melle, crebro gustatu medetur sangui  
 nem reijcientibus, & suppurata extusientibus.  
 Extubero, ras. pen. cor. quasi superabundo. ἐκλυῖσθαι. tractum ab  
 uberibus lactantibus, quemadmodum Homerus fertilissim  
 um solum, ἑδαιτα γαῖαν appellat. Colum. in praefat. In A  
 sia Mysiaq; densa & glutinosa terra maxime exuberat. Vera  
 gil. Pomisq; exuberat arbor.  
 Exuccum, quod est sine succo. ἀχρῶμα, ἄχρῶλον.  
 Exudo, das. pen. prod. ueluti per sudorem emitto. ἀποβῆσθαι, ἐξ  
 ἴσθαι. Plinius: Est autem trium generum: unum arbor ipsa ex  
 udat humi, modo alterum manat in plaga. Verg. ueroli. 1.  
 Georg. Exudat inuicilis humor. dixit, pro exudatur. Non e  
 nim humor, sed terra desudat.  
 Exuertā, (ἀποστροφῆς) purgatio quaedam domus, ex qua mor  
 tuus ad sepulturam ferendus est, quae purgatio fit per euer  
 riatorem, certo genere scoparum adhibito, ab extra uerrens  
 do dicta. uide in Euerro.  
 Exugo, pen. cor. xi. tum. quod et exugeo, ges. dicitur pro extra  
 sugo. ἐκσῆσαι, ἐκμύσαι. Plaut. Iam ego me conuertam in his  
 rundinem, atq; eorum exugebo sanguinem.  
 Ex uinculis causam dicere, significat uinctum respondere cri  
 minibus. ἐκ τῶν δεσμῶν ἀπολογεῖσθαι.  
 Exul, qvās. si Nonio Marcello credimus, dicitur quasi extra  
 solum eiectus. Fit autem propter aliquid morte dignum, cu  
 ius causam in exilium profugit. Cic. pro Aul. Cecin. Exilium

non est supplicium, sed profugium, portusq; supplicij. Nam qui  
 uolunt poenam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eo so  
 lum uertunt: hoc est, sedem & locum mutant. Itaq; in nulla  
 nostra lege reperietur, apud ceteras ciuitates maleficum ul  
 lum exilio esse multatum, sed cum omnes uincula, necesse  
 nominasq; uitant, quae sunt legibus constituta, confugiunt  
 quasi ad arma in exilium. qui si in ciuitate legis uim subire  
 uellent, non prius ciuitatem quam uitam amitterent. Exul  
 tamen etiam quis dicitur, cum sit innocens, ob suspicionem  
 seditionis aut prodicionis. Vnde Festus inquit, Solū autem,  
 quin significet locum, quis dubitet, cum exules quoq; dicantur  
 loco patriae suae pulsī? Cicero pro Domo sua: Hunc tu et  
 iam portentosa pestis exulem appellare ausus es, cum tantis  
 sceleribus esset notatus? Et iterum: Quid enim exul ipsum  
 per se nomen calamitatis, non turpitudinis? Apud Iurecon.  
 exules hi proprie sunt, quibus aqua & igni interdictum est.  
 Cetera non exilia, sed relegationes sunt.  
 Exolābūdūr, (ἐξολαβύδωρ) abunde exulans, & in exilio uitam  
 agens.  
 Exulo, as. penul. cor. patria priuatus sum. ἀποικίω, ἐξόλω. Et  
 duobus modis dicitur, scilicet de loco in quo exul est, & de  
 quo eiectus est. Terent. in Eun. Perij. nam domo exulo. Plau  
 tus in Most. An id mauis, ut abeat foras Urbem, exuletq; à  
 patria sua causa tui?  
 Exulābūdūs, (ἐξολαβύδωρ) abunde exulans.  
 Exultare, (ἐξυλλῶμαι, ἐξυλλῶσθαι, ἐξυλλῶμαι τῷ ψυχῆ, ἀφῆμαι) ab ex  
 & salio, a in u mutata, significat supra modum exilire, atq;  
 efferrī, & quasi gestibus saltibusq; affectum animi ostendere,  
 siue ira id fiat, siue seuitia, siue uoluptate, aut alia animi affe  
 ctione. Cic. lib. de Repub. Est igitur quiddam turbulentum  
 in hominibus singulis, quod uel exultat uoluptate, aut mole  
 stia frangitur. Idem in Cat. Annibalem iuueniliter exultan  
 tem patientia sua mollebat. hoc est iactantia gloriantem.  
 Verg. lib. 5. Exultantiq; haurit Corda pauor. Cic. libro 4.  
 de Repub. Quae sanguine alitur, quae omni crudelitate sic  
 exultat, ut uix hominum acerbis uulneribus facietur. nune  
 est seuire. Proprie uero est extra saltare. ἐκπῶσθαι. Vergil.  
 lib. 3. Exultantiq; uada, atq; aestu miscentur arena. Plin. lib.  
 8. cap. 31. E monte aliquo in alium transire cupientes, atque  
 recursum pernici quò libuerit, exultant.  
 Exum, extra sum. Sic enim licet in quibusdam sacris elamita  
 re solebat: Hostis uictus, mulier uirgo exesto. hoc est, non in  
 troito, quia scilicet ingredi ea sacra prohibebantur.  
 Exundo, as. ualde undo, siue alucum exeo. ἐκμύσω, ἐκπῶσθαι  
 vō. Plin. lib. 2. cap. 103. In Tenedo insula fons semper à tertia  
 noctis hora in sextam ab aestiuo solstitio exundat. Colum. li  
 bro 8. cap. 17. Verum meminisse oportebit, ut riuis per quos  
 exundat piscina, praefigantur aenei foraminibus exiguis can  
 celli, quibus impediatur piscium fuga.  
 Exungo, is. ere. idem quod ungere. Plaut. in Rud. An te pœnia  
 tet In mari quod delau, ne hic in terra quoq; eluam? S. Es  
 luas tu, an exungare siccus?  
 Exungulo, as. are. unguet auferre. Plaut. in Truc. Quae nunc  
 duo sciam, Exportantur pessimum, hem tuos exungula, ma  
 le uiuitis.  
 Exuo, is. ab ex & suo, quasi dissoluo, & exoluo. ἀποδοῦμαι.  
 Vergil. Exulit, exutas tendens ad sidera palmas. Quans  
 doq; spolio, cui contrarium est amicio. Liu. lib. 1. Primò se a  
 gro paterno auitoq; exuisset, deinde fortunis alijs. Lactant. li  
 bro 1. Exuuntur etiam uestibus flagitante populo. Quans  
 doq; detraho. Verg. li. 9. Sic ait lachrymans, humero simul  
 exiuit ense. Quandoq; denudo. Idem: Magna ossa, lacera  
 tosq; Exiit. Quandoq; depono. Cic. pro Liga. Non ne hu  
 manitatem omnem exuisset?  
 Exupero, as. ἐκπαρῆσθαι, ἐκπῶσθαι. pen. cor. ab ex & supero,  
 idem quod superare significat, & excellere. Plau. in Mil. Me  
 tuo, ne

Exultare dicitur in modum  
 ut uisus est in modum.  
 Exultare dicitur in modum  
 ut uisus est in modum.

quo, ne prædicatio tua nunc meam formam exuperet. Cic. 4. Tusc. Quis homo te exuperavit unquam gentium impudicia? Exurdo. das. (ἐξυρδός) ælium, cuius passium posuit Val. Max. li. 1. Græcis ælium aurea curia exurdantur. id est, obtunduntur. Plinius lib. 3. cap. 10. Panicula flos, si aures intraverit, exurdat.

Exuuiæ, ab exuendo, sicut induuiæ ab induendo, dicuntur spolia hostilib. detracta. ἔξυψα, ἄξυψα. Cic. pro lege Manil. Cum eum uobis maiores uestri exuuijs nauticis & classium spolijs ornatum reliquissent. Verg. 2. Aeneid. Qui redit exuuias indutus Achilli. Et non solum hominum tegmina, aut uestes dicuntur, sed etiam animalium. Verg. lib. 2. Georg. De serpente: Cum positus nouus exuuijs, nitidusq; iuuenta Voluitur. Plaut. in Mostel. Mane castigabit eos exuuijs bubulis.

D E L I T E R A F.



Litera à Prisciano inter mutas numeratur, ab alijs inter semiuocales eo, quod à uocali incipiat, & in se ipsam terminetur. Hæc alio nomine digamma dicta est, quia duplicis gammæ figuram detineat. Ea in Latinis tantum utimur, in Græcis uero ph.

Faba, (φαβή) genus leguminis, notius quam ut à me declaratur. Terent. in Eun. At enim isthæc in me cudetur faba. Faba Græca, ὀρεῖς dicitur. Plin. Faba Græca, quam Rome à suauitate fructus syluestris quidem, sed cerasorum penè natura, loton appellant. Faba porcina, ὄρεξυμα. Huius diminutiuum est fabula. la. Plaut. in Stich. Pro opibus nostris satis commodulè, nucibus fabulis, ficulis, &c.

Fabaciã, (φαβίτις) à ueteribus dicebatur genus libi. Plin. lib. 18. ca. 12. Quin & prisco ritu fabacia suæ religionis dicitur in sacro est.

Fabaginus. a. um. adiectiuum: ut fabaginum acus, apud Cat. de re Rustica. cap. 54.

Fabalia, (φαβαλίαι) sunt purgamenta fabarum, Plinius: Sed maior pars malunt fabalia mature sationis, quam trimestrem fructum eius, nam siliquæ caulesq; gratis sumi sunt pabulo pecori. Colum. lib. 2. Veteres rusticos plerunque dicentes audio, malle se matura fabalia, quam fructum trimestrem.

Fabarius. a. um. (φαβάρης) quod ad fabam pertinet, ut insulae fabariae de quibus Plin. Insulas, quas ob id Fabarias appellant, quia scilicet sponte fabas generent. Et fabariae Calende Iuniae dicebantur, quia hoc mensis adultæ fabæ diuinis rebus adhibebantur.

Fabellã, (φαβέλλα) diminutiuum est à fabula. Cic. pro Cael. Verum hæc tota uetus, & plurimarum fabellarum poetria. Idem 5. de Finibus.

Faber, (φάβρις) à faciendo nomen est, id significans speciale, cui adhaeret adiectiuum. nam est omnis artifex, qui labore corporis aliquid artificium facit: siue qui è quauis materia facit aliquid, excepto gypso, argilla, cera, & similibus. nam hi plostæ dicuntur: ut, faber lignarius, faber ferrarius, &c. Plautus in Most. Venit imber, lauat parietes, perpluunt Tigna, putrefaciunt operam fabri: nequior iam factus est Vrsus ædium, atq; haud fabri culpa. Idem: Vt fortunati sunt fabri ferrarii, Qui apud carbonem assident, semper calent. Faber bra. brum. (φάβρις) ad fabrum pertinet. Vnde fabre aduerbium, de quo mox. Faberrimè, (φάβριστα) elegantissimè, à faberrimus. Apul. lib. 2. Flor. Et anulum in leua aureum, faberrimo signaculo, quem ostendebat ipse, eius anuli & orbiculû circulauerat, & palla clauserat, gemmam insculpsit. Iuuen. Sedisti, qua nemo faber.

Fabitorè, Veteres dixerunt, quem nunc fautorem dicimus.

Fabrè, aduerbiu, politè, artificiosè. Plaut. Vt apod-

logiam facit: quàm fabrè? Idem in Menæh. Hoc facinus pulchrum est, hoc probum est, hoc lepidum est, hoc factum est fabrè. Veteres affabre, (ἄφραβως) pro eo quod est pulchre, dixerunt: sicut in fabre, fædè, turpiter. Pacuuius: Barbariem pestem nostris nauibus obtulit, noua figura factam, commissam in fabre.

Fabrefactio, ædificio, artificiosè cõpono. φαβή, κατασκευάζω, κατασκευάζω. Plaut. in Capt. Nec fabulam astutiorum ullus fecit poeta, atq; hæc fabrefacta à nobis. Plin. De uiris illust. Cum uideret eos multum mari posse, classem magis ualidã, quàm decoram fabrefecit. Vnde fabrefacti opus, (κατασκευασθέν) id est, artificiosè factum, siue manu artificis.

Fabricã, (φάβρις) propriè fabri lignarij officina, quamuis & de alijs officinis dicitur. Ponitur etiam pro arte & fabricatione alicuius rei. φαβή. Vnde & ædificium fabricam dicimus, & machinationem. Plaut. Nunc hoc consilium capio, & hanc fabricam apparo, ut filia dicas tuas.

Fabrico. cas. & Fabricor. aris. deponens, (φάβρις) penul. cor. in eadem significatione pro cõpono. Ouid. lib. 13. Metam. Cratero Aeneæ quem iam fabricauerat Alcon. Cic. lib. 3. de Orat. Capitolijs fastigijs illud & ceterarum ædium, non uenustas, sed necessitas ipsa fabricata est. Transferitur etiã ad animu. Curtius: Multa in re fabricatus ingenio, quomodo auertere inde hosti posset.

Fabrile, pen. prod. quod est fabri, siue quod ad fabrum pertinet, ut opus fabrile. φαβή. Horatius: Quod medicorum est, Promittunt medici, tractant fabrilis fabri.

Fabulã, la. proprie est sermo & cõfabulatio. Martial. Quodq; tibi mæchum fabula nulla dabat. Est prætere a res passim diuulgata, etiam si uera sit: à fando dicta, Iuuenal. It noua nec tristis per cunctas fabula cõnas. Et fabula, quæ ad delectationem & utilitatem inuenta est, rerum nec uerarum nec uerisimilium, ut quod Daphne uersa sit in laurum. Apollonius non differt à fabula, sed tantum addit, ut præter id quod sit res ficta, & non uerisimilis ut fabula. allegoricè tamè aliquid contineat, quod ad uitam et mores pertineat, ut sunt Aesopij fabulæ. Argumentu, est res non uera, sed tamen uerisimilis, ut sunt argumenta comædiarum. Fabulæ secundum ritum & habitum hominum nominabantur. Romana enim togata dicebantur, quia toga Romana est. Sic Græcæ fabulæ, ab habitu æque palliatis Varro scribit nominari. Togatarum genera quatuor. Sunt enim togata, quæ prætextata dicuntur, in quibus imperatoris negotia agebãt & publica. & reges Romanos, uel duces inducuntur personarum dignitate & sublimitate tragædijs similes. Prætextatæ autem dicuntur, quia serè regum uel magistratum huiusmodi fabulis acta comprehenduntur. Secundum genus togatarum tabernariæ dicuntur humilitate personarum, & argumentorum similitudine comædijs pares. in quibus non magistratus, sed humiles homines, & priuatae domus inducuntur. quæ quod oliuæ tabulis tegeantur, cõmuniter tabernariæ uocabantur.

Tertiu genus Attellana. Quartum plamipedet. de quibus alibi. Sciendũ est, quod fabulæ nomen, ab autoribus sãm. generis proferri solet. Terent. in Eunuchũ suam. Iuuenalis. uero masculinum protulit. Nec dum finitus Orestes.

Fabulor. laris. (φάβρις) à famen deriuatur: & significat loqui. Plautus in Capt. Quid fabulabor? quid nego bot aut quid fatebor? Idem in Cistel. Hæc nostram rem fabulatur, hanc scire oportet filia tua ubi sit. id est de re nostra loquitur. Eius compositum est confabulor. φαβή. Terent. Si quando ad eum accesserat confabulatu. Dicitur quoq; fabulo in æliua uoce, pro eodem. Plaut. in Mil. Ma la es. P. Imò a castor stulta multum, quæ uobiscum confabulem. Vnde fabulator. oris. collocutor. Sueton. in Octauio Augusto, si interruptum somnum recuperare, ut euenit, non posset.

Quid. 4. Fast. Tertio uero dicitur tulum non uiam fabi.

Tibull. lib. 1. Imiti signis dixerat ante fabrum.